per xij principes filiorum israhel. Per xij fontes viuentes in Helim. Per xij lapides in rōnali. Aaron per xij panes ꝓpositōis Per xij exploratores a moyse missos. Per xij lapides vñ factū est altare p xij lapides sublatos de Jordane. Per xij boues qui sustinebant mare eneū Jn nouo etiā testamēto. Per xij stellas in corona spōse. Per xij fūdamēta irl'm que vidit Johānes. Et p xij portas. hec ille. Tercio q3 implet nūerū electorū iuxt illō Apoc vij ca. Ex oī tribu filioꝝ israhel duodecimmilia signati. vbi smgl'as trib9 enūerat Qui numer9 duodenari9 inseipsum ductus. puta duodecies duodecim. facit centū quadragintaquatuor. Et quia mille designat statum beatitudinis. Jdeo dicit Johānes ibidem Audiui numerū signatorū centūquadraginta quatuor milia signati. ⁊c. Quarto quia implet numerū iudicantiū cū xpo in iudicio vniuersali iuxta illō Mat. xix capi. Sedebitis super sedes duodecim iudicātes. duodecim tribus israhel Sed beat9 Andreas in hoc numero fuit prim9. Nec tn̄ solus. sed cū Petro ad designandā perfectā cōsolatōnez. vnde Cri sost. super verbo ꝓposito dicit sic. Erant em̄ habitatōne ciues. dilectōne concordes. artificio pares. fratermitatis pietati cōiuncti Jdeo q3 simul eos vocauit. ne tot homines cōiunctos dissimilis vocatio separet. hec ille. Sciendum q3 Cognatio fraternitatis Aliquando habet disparitatem sicut in Caym ⁊ Abel quorum vn9 deo placuit. Et alter non. vt patet Gen iiij cap. Sicut in ijsaac ⁊ Jsmahel Quorū vn9 hereditatem obtinuit. Alter amisit. vt patet Gene xxj capitu. Sicut in Esau ⁊ Jacob. quorum vnus fuit deo amabilis. Alter odibilis. vt patet Malach. j cap. Et talis non fuit cognatio Andree ⁊ Petri. quia licet ambo peccauerint. abnegantes fidem christi in passione quomiā omnes relicto eo fugierunt. vt dicitur Math. xxvj. capit. Tamē xp̄us in passione p eis orauit dicēs. Pater ī man9 tuas cōmendo spiritū meum id est omnes qui mihi p caritatem et fidem sunt adhesuri. ⁊ hij sunt vnus spirit9 dei. Psal. qui adheret deo. vnus spiritus est cum eo. Et sic nulla impfectō infidelitatis et malicie. remansit in eis. Aliquādo autem cognatio fraternitatis habet quandam paritatē. sicut Ualerius maxim9. li. j. dicit de duobus philosophis qui fuerunt eodem die nati eiusdem p̄ceptoris Epicuri sectam secuti. Patrimonij etiā possidendi alendeq3 schole cōmunione coniūcti eodemq3 momento temporis vltima senectute extincti Et talis fuit cognatio Andree ⁊ Petri. Nam fuerūt ab eodem artificō uocati sc3 a piscatōne. Ut patet in euangelio hodierno. Jtem fuerūt eidem offitō deputati sc3 apostolatui xp̄i. vnde dicitur Math. x capit. Elegit duodecim quos apostolos nominauit. sc3 Simonem qui cognominatur Petrus ⁊ Andream fratrem eius.

Tercio fuerunt eodem priuilegio dotati scilicet miraculorum operatõne. vnde dicit ibidem. Conuocatis duodecim apostolis. dedit eis potestatem spirituũ imundorũ. ꝛc. Quarto fuerunt eodem genere martirij mortificati scz Crucis Hiere. xlvj. cap. Ambo pariter coruerunt Sic ergo perfectio bea. And. est in duobus scz in perfectõne numeri duodenarij. ꝛ in perfectõne caritatis designate per binarium. Et hoc est Jesum xp̃m inuenire August. super Johan. dicit sic. Hoc est vere dominum inuenire vera illius dilectõe frui fraterne quoqz salutis curam gerere Ille etenim perfecte conditoris sui ducatum sequit. qui etiam proximi quantum valet habere comitatum mitit. hec ille. Et sic patet quomõ xp̃us vocauit Andream primitate perfectionis.

Quarto Jesus xp̃us vocauit bea. An. Primitate consumatõnis. vnde de ista primitate dicit Nume. iij. cap. Meum est oñe primogenitum Sanctificaui mihi quicquid primũ nascitur in israhel. Cuius ratio ponit Exodi. xxiij. cap̃. Primitias frugum terre tue deferes in domum domini dei tui. vt benedicam eis ꝛ auferam iniquitatem de medio tui. Sed beat9 Andreas fuit primogenitus in fide xp̃i. Ideo debebat sanctificari deo offerendo seip̃m in domũ domini sicut fecit. Nam tres fuerunt apostoli de terra xp̃i. scz Andreas Petrus ꝛ Philippus quos xp̃us quasi primitias ad se vocauit. Et merito. Xp̃us em̃ erat Agnus in ara crucis imolandus. Sic isti tres apostoli tanq̃ agni erãt in ara crucis imolandi. Ceteri apostoli erant oues luporum morsibus laniandi. Math. x. capitu. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Et quia xp̃us erat agnus. Ideo prius collegit agnos ꝛ postea oues. Isa. xl. capit. In brachio suo leuabit agnos. ꝛ in sinu suo congregabit. fetas ip̃e portabit. Et quia beatus Andreas fuit prim9 agnus collectus a xp̃o Ideo quatuor circa eum fecit. Primo fecit eum cõmilitonem suũ. Nam xp̃s habuit crucem tanq̃ equũ per quem cõtra demonem militauit Sic voluit beat9 Andreas equitare sup equũ crucis. Ideo fecit eum cõmilitonẽ suum Hester. vj. cap. Homo quem rex honorare cupit. debet sedere sup equũ qui de sella regis est. Secundo fecit eum assessorem suũ. Nam xp̃us habuit crucez tanq̃ solium in quo inter hominem ꝛ dijabolũ iudicio diffinuit. Sic voluit beat9 Andreas in isto solio sedere. Et ideo fecit eũ assessorez suum. ij. Regũ. xxiij. capi. Dauid sedet in kathedra sapientissim9 princeps inter tres. i. xp̃us in cruce inter Andream Petrum Philippuz quos in eadem cõsedere fecit. Tercõ fecit eum cõmensalem suuz Nam xp̃us habuit crucem tanq̃ mensam in qua fideles reficit. Sic voluit beat9 Andreas in eadem mensa sedere. Ideo fecit eum commensalem suum. Psal.

Parasti in conspectu meo mensam Quarto fecit eum sacrificiū suum. Nam christus habuit crucem tanq̄ altare. in quo se patri obtulit sacrificium in odorem suauissimum. Sic voluit bea. Andream in cruce imolari tanq̄ sacrificiū odoriferum. Juxta illud qđ cantatur. Dilexit Andream dominꝰ in odorem suauitatis. vt patet in legēda

Quamuis autem beatꝰ Andreas fuerit passus patibulū crucis sicut xp̄us. non tamen eo modo quo xp̄us. nam xp̄us fuit crucifixus rectus. Quia tanq̄ caput obtinebat superiora. Et vt respiceret mundum infra se quez redimebat. Petrꝰ fuit crucifixus reuersus. quia tanq̄ alter princeps obtinebat inferiora. Et vt respiceret celuz cuiꝰ claues tenebat. Andreas fuit crucifixus trāsuersus. vt manū dexteram porrigeret ad xp̄m petens auxilium ascendendi in celum. sinistram ad Petruz petens sibi aperiri regnum celorū Ecce quomō beatꝰ Andreas fuit vocatus a xp̄o primitate consumatōis. hic per gratiam. tandem per gloriā Amē.

In festo Sancti Nicolai ep̄i ⁊ confessoris Sermo.

Non est inuentus similis illi qui conseruaret legem excelsi. Ecc̄. xliiij. capitu. Crisosto. de dignitate sacerdotali. li. iij. dicit sic. Sacerdotij aspice dignitatem Agitur enim in terra sed officium celestibus negocijs contimetur. Non em̄ homo. Non angelus. non archangelꝰ. nō aliqua creatura. non virtus. non ip̄e spiritussanctus. hoc munus instituit. sed ip̄e xp̄us. Atqz adhuc manentes in carne ministerio fungi prestitit angelorum. ideo sapiētissimum esse oportet ⁊ pspicacem in omnibus sacerdotē. ⁊ mille. vt dicit ex omni parte oculos aptos habentem qui non solum sibi. sed etiā toti populo viuat. hec ille.

Super quo talem moueo questionem Utrum beatꝰ Nico. tanto in amicicia dei fuerit sublimior. quāto in lege excelsi. obseruanda fuit fidelior. Ad istam questionē respōdent duo doctores noui testamenti. Primus est beatꝰ Ambro. in suo pastorali dicens sic. Magna sublimitas. magnā debet habere cautelā. ⁊ honor grādis grandi debet solicitudine circumuallari. Cui plus credit. plus ab eo exigit. sicut scriptum est. Scienti legem ⁊ nō facienti. peccatuz est grāde. Et seruus sciens voluntatem dn̄i sui si non fecerit vapulabit mltum. Sed sicut senatorē clamis ornat. sicut agricultura rusticū. sicut barbarum arma. nautam nauigatōis peritia. ⁊ singulos quosqz opifices opis sui. qualitas ip̄os demonstrat actores. Sic episcopū non aliter q̄ episcopalis operatō designat. vt ex bono opere magisq̄ p fessione noscat. ⁊ plus meritis esse episcopꝰ q̄ noīe vocet. hec ille.

Sic fecisse beatum Nicolaum ei9 hist9ia declarabit· etiam ꝛ nomen·quia Nicola9 interpꝛetat victoria populi·Et ip̄e multos pꝛos vita ꝛ doctrina docuit vitia ꝛ peccata vincere· Secund9 est sanctus Thomas·iiij·sentẽ·distin·xxiij·qui ponit ꝙ ep̄us debet habere quatuoꝛ que maxime fuerūt in beato Nicolao· Primo ordinis pfectōnem·Deus em̄ sua opa in sui similitudine p̄ducere voluit· quantū possibile fuit·vt perfecta essent·ꝛ p ea cognosci possꝫ· Ideo vt in suis opibus repꝛesentaret· non solum in se·s· scōm ꝙ in se est· sed etiam ꝝm ꝙ alijs influit hanc legem naturalem posuit omībus vt vltima per media pficerent·ꝛ media per pꝛima·vt Diom·dicit· Et nē ista pulchritudo ecclesie deesset·posuit ordinem in ea· vt quidam alijs sacra traderēt·suo modo deo in hoc assimulati quasi deo cooperātes·sicut etiaꝫ in coꝛpoꝛe naturali quedā membꝛa alijs influunt·Et sicut ommiū naturaliū perfectōnes p̄existunt exemplariter in deo·ita x̄p̄us fuit exemplar ommiū officioꝝ ecclesiasticoꝝ·Uñ vnus quisqꝫ minister ecclesie quantum ad aliquid gerit tipum x̄pi· vt dicit magister Sentẽ·li·iiij·dis·xxiij·capitu·Et tamē ille est superioꝛ que ꝝm maioꝛem pfectōnem x̄p̄m repꝛesentat·Sacerdos autē repꝛesentat x̄p̄m in hoc ꝙ p seip̄m aliquod ministeriuꝫ impleuit·Sꝫ episcop9 in hoc ꝙ alios ministros instituit ꝛ ecclesiam fundauit·vnde ad ep̄m ptinet mancipare aliquid diuinis obsequijs·quasi cultū diuinum ad similitudinem x̄pi statuēs·Et ꝓpter hoc etiā ep̄us specialiter ecclesie spōsus dicit sicut x̄p̄us·Sed bea·Nico·hanc ordinis pfectōnem habuit·vt patet· Secundo dispensatōnis gratificatōeꝫ Dei em̄ perfecta sunt opa·vt dicit Deutro·xxxij·cap·ꝛ ideo cuicunqꝫ dat potentia aliqua diuinit9·dant ea per que executio illi9 potē tie potest cōgrue fieri·Et hoc etiā in naturalibus patet·quia animalibus dant membꝛa·quibus potentie anime possunt exire in act9 suos nisi sit defect9 ex pte materie·Sicut aūt gratia gratū faciēs exigit ad hoc ꝙ homo digne sacramenta recipiat·ita etiam ad hoc ꝙ homo digne sacramenta dispenset· Ideo sicut in baptismo p quem homo fit susceptiuus alioꝝ sacramentoꝝ dat gratia gratū faciens· ita in sacramento ordinis per quod homo ordinat ad alioꝝ sacrām toꝝ dispensatōnem·Sed quia bea·Nico·super plebem x̄pi cōstitut9 erat gradu ordinis·ita superioꝛeꝫ se reddebat merito sanctitatis ꝛ gratie gratum facientis· Tercō vite sanctificatōnem·Sicut enim Diomisi9 dicit·iij·ca·ecclesiastice ierarchie·vt subtilioꝛes ꝛ clarioꝛes essent scientie replete in fluxu solariū splendoꝝ·lumen in eis supueniens ad similitudinem solis ad alia coꝛpoꝛa venerit Sic in omī diuino non est audendū alijs dux esse·nisi ꝝm omēm habituꝫ suum fact9 dei formissim9 ꝛ deo similim9· vñ cū in quolibet ordine aliquis

constituatur dux alijs in reb9 diuinis·in quolibet quasi presumptuosus mortaliter peccat·qui cū scientia peccati mortalis accedit·Et ideo sanctitas vite requirit; ad ordinem de necessitate precepti· vñ Leuiti·xxij·cap·dicit·Homo de semine Aaron ·qui habuerit maculam non offert panes corā domino·nec accedat ad ministerium eius Glo·dicit p maculam oīe peccatū intelligit·Et Hiero· dicit Non solum epi ꝛ presbiteri ꝛ diaconi·debent magnope puidere·vt cunctum populum cui president sermōe ꝛ cōuersatōe p̄cedāt· verū etiā inferiores gradus ꝛ oīes qui domini oraculo deseruiunt· quia vehementer ecclesiā dei destruit meliores esse laicos·q̄ clericos· hec ille·Sed be·Nico·per totam vitam suā sanctitatem studuit conseruare·vt patet· Quarto scientie instructōez·In quolibet em̄ actu homis si debet esse ordinat9·oportet q̄ assit directō rōnis·vnde ad hoc q̄ homo ordinis officiū exequat oportet q̄ habeat tm̄ de scientia quātum sufficiat ad hoc q̄ dirigat in actu illi9 ordinis·ideo talis sciētia requirit i eo qui ad ordines promouet nō q̄ vniuersaliter in tota scriptura sit instruct9· sz plus ꝛ min9 ꝑm q̄ ad plura vl ad pauciora ei9 officiuz se extendit· Et sic ad epm ptinet vt ea que difficultatem in lege facere possunt·sciant ideo Malach·ij·ca·dicit Legem requirunt ex ore sacerdotis·Et·i·Pe·iij·ca·dicit·Parati semp ad satisfactōez omni poscenti vos rōnem de ea que in vobis est fide ꝛ spe·Sed bea·Nico·supra corp9 misticum·i· supra ecclesiam cōstituend9 erat·ideo scientia legis in eo fuit·sciens pfectissime que populus debebat credere ꝛ obseruare de lege·Ueruz quilibet sanctus in aliqua virtute emicuit in qua null9 sibi similis fuit vt appareret sapientia dei que in tanta varietate sanctoꝝ·tantā posuit varietatez virtutū·que licet nobis nō sit cognita·deo tm̄ est nota· Si em̄ tanta est varietas in facieb9 hominū·nō mirū si tanta p̄t esse in aiabus·Et quia bea·Nico·maxime excessit in operib9 misericordie·iuxta illud Luce·vj·capi·Estote misericordes sicut pater vester celest· misericors est·Ideo dicit Non est inuent9 similis·ꝛc·

Non est inuent9 similis illi·

In sanctificatōne·
In generatōne·
In nobilitatōne·
In educatione·
In perfectione·
In iustificatōne·
In electione·

In conuersatōne.
In emigratōne.
In tumulatōne.
In assumptōne.
In miraculorum operatōne.

Primo non est inuentus similis.b.Nico.in Sanctificatōne Licz em̄ in vtero matris sanctificat9 n̄ fuerit tamē mox nat9 sanct9 fuit iuxta illud psal.Dñe preuenisti eum in benedictōnibus dulcedinis. Intelligendum quia quatuor mōis aliqui sanctificant Primo in vtero matris sicut Johā.bap.Luce.j.c. Spūsancto replebit adhuc ex vtero matris.t psal.In te afirmat9 sum ex vtero de ventre matris mee. Secūdo nat9 ex vtero sicut Nico.qui spūssancti gratia ab vberibus matris abstinebat.psal. Spes mea ab vberibus mris mee. Tercio in iuuentute sicut Martin9 qui ī sua iuuētute deo seruire cepit.psal.Spes mea domine a iuuentute mea. Quarto ī senectute sicut latro in cruce dicens Memento mei domine dū veneris in regnum tuū.t xpus sanctificās eum dixit Amen dico tibi hodie mecum eris in padiso.vt dicit Math.xxvij.ca.Talis aūt cū non possit de suis meritis confitere ne piciat.a dei misericordia debet orare.psal.Ne picias me in tpe senectutis cū defecerit virt9 mea.ne derelinquas me. In secundo modo sanctificatōis nō est inuētus similis bea.Nico.

Secundo mō nō est inuent9 similis be.Nico.in Generatōe Fuit em̄ gratiose generat9 ꝓpter quatuor. Primo ex pte vtriusqz generātis Licet em̄ essent iuuenes.tn̄ mox vt Nicola9 nat9 est cōtimēter vixerunt.vn̄ erāt matrimonio iuncti nō vt libidini deseruirent sz vt plem educādam ad dei seruitiū generarent Si em̄ miraculū fuit in natiuitate Johā.bap.q pri muto loquelā reddidit Luce.ij.ca. sic miraculū fuit in natiuitate be.Ni.q vtriqz penti dtimētiam dem ceps impetrauerit Secūdo ex pte geniti quo ad corp9. qr ad vbera pendēs quarta t sexta feria ieiunabat. hoc aūt nō fuit a natura quia tūc in oībus puulis idē dtingeret semp vel frequēter.vt dicit ij.phisicorūz.Nec a casu quia tunc feria a feria non distingueretur Nec a ꝓposito.qr tūc vsum liberi arbitrij n̄ habebat Restat ergo q fuerit ex singulari dei dono Job.viij.c. Dacatū reddet habitaculū iusticie tue. Tercō ex pte geniti quo ad aīam que mox vt nat9 est be.Ni.fuit habitaculū spūssancti Ephe.ij.c. In quo t vos coedificamini ī habitaculū dei in spūsancto.Et statim cepit seruire deo.Ecc. xxiiij.c. In habitatōe sancta corā ipo mīstraui. Magnū miraculum fuit q Johā.bap.quinquēmis desertū petierit.t ieiunare ceperit.sz mai9 miraculū est q Ni.mox nat9 carnez suā mortificauit.Jō.iiij.

Regū·ij·c·dicit·Afferte vas nouū nō vetustū ⁊ mittite in illud sal·

Quarto ex pte mōi generādi q̄ generat⁹ est p orōnem·sicut eñ Jsaac p orōnem Abrahe genit⁹ est·vt dicit Gen̄·xv·ca·⁊ sicut Samuel p orōnem Anne·vt ptz·j·Re·j·c·Sic pentes b·Ni·deū exorauerunt vt filium eis dcederet·quē nō tm̄ diuitiarū·sz etiā morum haberēt heredē·j·Re·j·c·pro puero isto oraui·⁊ dedit mihi dn̄s petitōnez meam ꝛc̄·

Tercō nō est inuent⁹ similis be·Ni·ī nobilitatōe·fm eñ Gre·nazārenū nobilitas est quadruplex· Prima causat ex carnis ꝓpagatōe scz cū quis ex nobilibus pentib⁹ nascit·vñ Bern̄ ·in epla ad magistrū Gualterū de celiomōte dicit sic·Gen⁹ clarū·corp⁹ aptū· forma euidēs ingenū velox·eruditōis vtilitas·⁊ mox honestas· glosa quidē sunt·hec ille Hāc nobilitatē habuit b·Ni·vñ dr̄ de eo·Nobilissim⁹ ort⁹ natalib⁹ velut lucifer Nicola⁹ emicuit Secūda cātur ex animi formatōe·s·cū quis vtutibus intēdit·vñ Hiero· in epla dicit sic· Ille apud deū potior est·nō quē nobilitas carnis·nec dignitas seculi·sz quē deuotō fidei ⁊ vita sancta deo dmendat· hec ille· Hāc nobilitatē habuit b·Ni·de quo dicit Nobilis genere·sz nobilior fide Tercia cātur ex legali adoptōe sicut ptz Exo·ij·c· vbi dr̄ q̄ filia Pharaonis Moysen ī filiū adoptauit· Hāc nobilitatez hūit b·Ni·in dei filiū p spm̄sanctū adoptat⁹ Ro·viij·ca· Accepistis spm̄ adoptōis filior̄ dei Jn cui⁹ signū b·Ni·prima die sue natiuitatis·dū balnearet stetit erect⁹ in pelui·nō quidē virtute hūana·sz poti⁹ diuina Quarta cātur ex diume imagims impssiōe·fm quā omes hoīes sunt equaliter nobiles·de qua dicit Act·xvij·c· Jpi⁹ ēm gen⁹ sum⁹·Si ergo honoram⁹ imaginē depictā·multofort⁹ honorare debem⁹ imaginem dei nobis impressam Ecc̄·x·c· Jn māsuetudie serua aiam̄ tuā·⁊ da illi honorē fm meritū suū· Jsta imago in peccatorib⁹ intm̄ obfuscat q̄ vix a deo cognoscit Math·xxv·ca·Amen dico vobis nescio vos·Hāc nobilitatē habuit b·Ni·p mūditiaz cordis·quā semp dseruauit·puer·xxij·c· Qui diligit cordis mūdiciam habebit amicum regem·ꝛc̄·

Quarto nō est muēt⁹ similis b·Ni·in Educatōe· Fuit eñ grōse educat⁹ quātū ad quatuor· Primo vt iuuenū lasciuias euitaret· vñ in legēda dicit·Fact⁹ āt iuuenis alior̄ iuuenū deuitās lasciuias Ecc̄·xiij·c·Qui tetigerit picē iqnabit ab ea·Scdo vt eccl'iaz frequētaret·vñ dr̄ ecc'ie sancte frequētās limīa· Et glo·sup Mat· dicit ingressus vrbē iesus tēplū adijt·dās formā religiōis·vt quocūqz im⁹ prīo domū orōis adeam⁹·sic b·Ni·faciebat tanq̄ ver⁹ discipul⁹ iesu xp̄i ꝛc̄ Tercō vt v̄ba dei libēter audiret ⁊ seruaret· vñ dr̄ quicquid d scripturis sāctis audire poterat armariolo debat pectoris

Prouer.ix.c.Beat9 qui audit me.t qui vigilat ad fores meas cottidie.Sic b.Ni.faciebat vt haberet sciaz sanctoz. Quarto vt corpus ieiunio maceraret.vñ dicit de eo bea. Ni. adhuc puerul9 multo ieiunio macerabat corp9 Trenoz.iiij.c.Bonū est viro cū portauerit iugū dñi ab adolescētia sua .Jste autem portauit ab infantia sua t nunq̄ illud dereliquit.

Quinto nō est inuent9 similis b.Ni.in pfectōe vñ Hiero.in epl'a ad Theodoz mōachū dicēs sic.Si vis pfect9 esse tu qui pfectū te esse pollicit9 es.quid aliud q̄ sectat9 es vitā.Perfect9 aūt seruus xp̄i nihil aliud q̄ xp̄m habet.aut si p̄ter xp̄m aliud habz pfect9 n̄ ē hec ille.Hāc aūt pfectōz hūit be.Ni.qui xp̄m imitari cupiebat .iux illud Luce.vj.c.pfect9 aūt ois erit si sit sicut mgr̄ ei9. Jstā pfectōz hūit b.N.in quatuor. Prīo ī mulierū vitatōe quas velut pestē fugiebat.vñ dicit Ecc̄.xiij.ca.De vestimētis pcedit tinea.t a muliere iniquitas viri Scōo ī mūdi despectōe.vñ dr̄ de eo Gloriā mūdi spreuit cū oblectamīnibus suis Jaco.iiij.c.Qui voluerit esse amic9 seculi hui9 inimic9 dei dstituet Exquo sequit q̄ b.Ni.spernēdo mundū fact9 ē amic9 dei Tercō ī deuota oratōe.vñ nō solū ī die sz etiā in nocte sp orabat t ad matutinas etiā dū essz laic9 ibat.ps̄.Querite dñm.sī oratōe t dfirmamī.querite faciē ei9 sp Quarto in modesta dersatōe.dicit em̄ Amb.li.de officijs sic.Jn semb9 ḡuitas.Jn ieiunib9 alacritas.in adolescētib9 verecūdia dmēdat.nō ē ergo mirū si b.Ni.oīb9 amabilē se exhibuit.q̄ hūit verecūdiā cū adolescētib9.vñ dr̄ pudore bono replet9 c̄.Alacritatē cū iuuenib9 vñ dr̄ q̄ erat alacer in exhortādo Grauitatē cū senib9.vñ dr̄ q̄ grauitatē in oībus sectabat.Et sic patet c̄.

Sexto nō ē muēt9 similis b.N.in iustificatōe.i.in sanctitate vite.vñ Aug.li.d vita xp̄iana dicit sic.Jlle vere xp̄ian9 ē qui oībus misericordiā facit qui nulla oīno mouet iniuria q̄ alienū tāq̄ p̄p̄m sentit dolorē cui9 mēsam null9 paup ignorat.qui corā hoībus īglorius habet vt corā deo t ag̃et ei9 gloriet q̄ dtēnit terrena vt possit hr̄e celestia.q̄ opp̄imi paupez se p̄nte n̄ patit. q̄ miseris subuenit. q̄ ad fletū fletib9 puocat aliens Qō bn̄ faciebat apl's Paul9 dicēs .q̄s infirmat t ego n̄ īfirmor c̄.hec Au.Hec aūt sanctitas vite fuit ī b.Ni.in quatuor. Primo ī virginitate.q̄ fuit vgo Mat.xiij.c. Simile ē regnū celoz thesauro abscōdito in agro.i.virginitate.in corpore terreno.ij.Coz.iiij.c.Habem9 thesaurū iustū. ī vasis fictilib9 Et dr̄ vginitas thesaur9 p̄p̄ter suā pcōsitatē Ecc̄.xxxvij.c.Nō ē condigna pōderatō aie dtimētis Scōo ī liberalitate q̄ fuit maxime liberal' ad p̄imū egētem.vñ dr̄.Erat em̄ valde dpatiēs.t sup afflictos pia gestās viscera .nā oēs suas diuitias liberaliter distribuit

Dedit enim paupi ⁊ nō diuiti.i.illi homini qui ꝓpter pauptatē filias suas ꝓstituere voluit.pſ.Disperſit dedit paupibus iuſticia ei⁹ manet in seculū seculi.Dedit de meliori nō de deteriori. q⁹ aurū dedit de ꝓrio patrimonio.nō de alieno.Dedit ꝓpter honorē dei.non ꝓpter fauorē mūdi.Dedit in vita.nō poſt mortē Job.xxxj.c. Ab infātia creuit mecū miſeratō Sciebat em̄ ꝙ miſericordia ē ſacrificiuz deo placitū ⁊ acceptū Tercō in caritate q⁹ fuit maxime caritatis. vñ dicit Copioſe caritatis Nicolae pōtifex 2c̄.j.Corint.xiij.c.Si liguis hominū loquar ⁊ angelorꝫ.caritatē aūt nō habeā 2c̄. Quarto in ſapie ꝓfunditate.q⁹ magnā ſapiaz hūit.vñ dicit ꝙ b.N.interfuit.dſilio Niceno vbi plurimū de fide cōtra hereticos diſputauit. ⁊ vicit Sap̄.vij.c. Infinit⁹ em̄ theſaur⁹ ē homīb⁹ quo qui vſi ſunt ꝑticipes facti ſunt amicicie dei.2c̄.

Septimo nō eſt inuent⁹ ſimilis b.N.ī electōe Fuit em̄ grōſe electus Ecc̄.xliiij.c.Elegit eū ex oī carne.Cui⁹ electō fuit ⁊mēdabilis quantū ad q̄tuor. Primo q⁹ fuit elect⁹ ꝑmiſſa oro̅e.Nā electores tota nocte orōni vacauerūt.Exēplo xp̄i.qui electuros apoſtolos iuit in mōtem orare Luce vj.c.Et apli ī electōe Mathie orātes dixerūt Tu dñe qui corda 2c̄.Act.j.c. Secūdo q⁹ fuit elect⁹ diuina reuelatōe.q⁹ vox de celo lapſa fuit.vt eligerēt Nicolaū Hebr̄.ij.c.Ne q̄ſquē ſibi aſſumat honorē. Tercō q⁹ fuit elect⁹ oīm ⁊ſenſu ⁊ approbatōe.vñ dr̄ ꝙ eo viſo oīes laudauerūt dei magnalia ꝓper.xxviij.c.In exaltatōe iuſtorꝫ multa gloria eſt Quarto q⁹ fuit elect⁹ inuitus.⁊ cū quadā coartatōe.vñ poterat dicere illō pſ.Exaltatus autē humiliat⁹ ſum ⁊ ⁊turbat⁹ Jō.iiij.Re .r.c. Eligite meliorē de filijs dñi noſtri Talis aūt fuit beat⁹ Nico. patet in legenda.

Octauo nō eſt inuent⁹ ſimilis b.Ni.m ⁊uerſatōe.q⁹ in ep̄atu ſuo fuit grōſe ⁊uerſat⁹.cū ꝓp̄lo ſibi credito q̄tum ad quatuor. Primo q⁹ pauit ꝓp̄lm ſuū verbo.vñ dicit ꝙ erat efficax in loquēdo Hiere.iij.c.Dabo vobis paſtores iux̄ cor meū qui paſcent vos ſciētia ⁊ doctrina Secūdo pauit ꝓp̄lm ſuū orōis ſuffragio.q⁹ in orōibus pro ꝓp̄lo ſuo vigilabat.de hoc dicit Act.vj.c.Nos aūt orōni ⁊ miſterio verbi inſtātes erim⁹. Tercō pauit ꝓp̄lm ſuū exemplo.vñ dicit ꝙ eādem quā p̄i⁹ grauitatē ſeruabat.j.Thi.v.c.Exemplū eſto fidelibus in verbo in ⁊uerſatōe. Quarto q⁹ pauit ꝓp̄lm ſuū tpali ſubſidio Nā ꝓp̄lo fame laborāti impetrauit frumētū.vt habet in legēda ſua 2c̄.

Nono nō eſt inuent⁹ ſimilis b.Ni.m emigratōe. Fuit em̄ grōſe mortu⁹ quātum ad quatuor. Primo cū grā dei.vñ dr̄ ꝙ oīm virtutū karisſmate replebat Apoc̄.xiiij.ca.Beati qui in dño moriūtur.

Secūdo cū ⁊ſciētia bona. q⁹ nulli⁹ peccati ⁊ſcientiaz hūit ꝓpter

puritatē vite Lok·iij·c·Mortui em̄ estis ⁊ vita vr̄a abscōdita est cū xp̄o in deo Tercō cū senectute bona· quā voluit esse mundā ⁊ purā·Hebre·viij·c·Qđ antiquat ⁊ senescit ppe interitū est· Quarto cū bona fama pt̄i·q; oms illū dmēdabāt· dolebāt em̄ morte tāti viri nō spantes se habiturū dsimilē·

Decimo nō est inuēt9 simil illi·s·b·Ni·in Tumulatōe·Fuit em̄ gr̄ōse sepult9 quātū ad quatuor Primo q; in sepulchro suo fuit positū corp9 ei9 sanctissimū Scđo q; in tūba marmorea sicut corpus xp̄i Tercō q; ex ei9 mēbris sacrū resudat oleū·valēs i salutē m̄toru·Job·xxxj·c·Petra fūdebat mihi riuos olei Quarto q; a pedib9 fōs aque pfluxit ps̄·Scitote q̄m dns sanctū suum scz Nico ·mirificauit·

Undecimo nō ē inuēt9 sil̄is b·Ni·in assumptōe Fuit em̄ gr̄ōse assumpt9 quātum ad quatuor Primo cū custodia angelica· vñ cum moreret rogauit deū vt angelos suos sibi mitteret·⁊ inclinato capite vidit angelos ad se venientes·qui reuelauerūt sibi gl̄iam ei9·ps̄· Angelis suis mādauit de te vt custodiāt te in oībus vijs tuis· Secūdo cū pfectōe diuīa·q; deuote se dmēdauit deo dicēs In manus tuas dne dmēdo spm̄ meū·Et istud fuit vltimū verbū in cruce· Sap̄·x·c·Justor̄ anime in manu dei sunt· Tercō cū suscepta eukaristia·q; sacramentū corpis ⁊ sanguinis x̄pi suscepit·vt esset conformis x̄po qui antec̄ passus erat dmunicauit cū apostolis· Quarto cū celesti melodia q; angeli ei9 aīam i celū cū laudib9 deduxerūt·vbi celestiū melodia audita est Jsa·xxiij·c· A finibus terre laudes audiuim9 gloriam iusti·ꝛc̄

Duodecimo nō est inuent9 similis·be·Ni·i miraculor̄ opatōne· Siquidē opat9 est miracula in maiori mundo quantū ad quatuor elemēta Primo in elemēto ignis·q̄ ignē Diane extinxit·Secundo in elem̄to aeris·q̄ ab aere tempestatē fugauit·Tercō in elemento aque quādo nautis mare trāquillauit· Quarto in elemento terre quando terrā sterilē fecundauit· Etiā in minori mundo multa miracula operatus est quantū ad quatuor· Primo quo ad deū subueniendo in tribulatōne·quam iuste patiebant a deo·sicut q̄ resuscitauit patri filiū cū Scipho in mari submersum· Secūdo quo ad diabolum subueniendo in tribulatōne quam patiebant a diabolo ·sicut quando resuscitauit patri filium a diabolo strangulatum·

Tercio quo ad tirannos·subueniendo in tribulatōne quam patiebant̄ a tirānis·sicut trib9 iuuenib9 falso pr̄incipi ab inuidis accusatis ·Et quando patri reddidit filium·a Soldano detentū· Quarto quo ad tpalia subuenīēdo in tribulatōe quā patiebāt̄ i reb9 sicut quādo subuenit iudeo qui imaginē sancti Nico·in domo fecerat· ꝛc̄

Ideo Isa·xl·dicitur In leticia egrediemini ⁊ in pace deducemini mōtes ⁊ colles cantabūt coꝝ vobis laudē ⁊ oīa ligna regioīs plaudent ·⁊ sic patet qūo b·Ni·est in amicitia dei sublimioꝝ Unde dicit In quo viuit Ni·honoꝝ sacerdotū·hic p grāz·tandē p gl'iam· Amē

In festo sancte Lucie virgmis ⁊ martiris Sermo·

Rofert de thesauro suo noua Mat·xiij·c·⁊ in euāgelio pñtis solenmitatis Gen·ij·c·dixit de⁹ Lresicite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terrā·sup quo Bern·in epl'a·dicit sic·Utinā qui dimere ñ valēt celibatui· se dare nuptui ñ verērētur Essz pculdubio meli⁹ nubere q̄ vri ·in humili gradu saluari q̄ in sublimi deleri·pei⁹ viuere vl' qō absit dānari·hec ille· Sup quo moueo talē questionē Utrū b·L·magis meruerit virgmitatē obseruando q̄ cū spōso suo mrimomaliter hitādo·Ad istā q̄stionē rnd̄ēt duo doctores noui testamēti dicētes·q̄ magis meruit ex v̄gmitate q̄ meruissz ex mrimoio·qꝝ excellētioꝝ ē v̄gmitas q̄ mrimomū Pri m⁹ ē b·Aug·li·de bono diugali dicēs sic·Sicut bonū erat qō Martha faciebat·occupata circa misterū sanctoꝝ·sz meli⁹ qō Maria audiēs v̄bū dei ita etiā bonū Susanne in castitate diugali laudam⁹·sz bonū vidue Anne magis·Et marie v̄gis añponim⁹·⁊ li·ō sancta viduitate dicit sic·Bona ē dimētia diugal'·sz melioꝝ dimētia vidual' Optima mūdicia virgmal'·Et li·de v̄gmitate dicit sic·Certa rōe·et sanctarū scripturarū auctoritate nec peccatū esse nuptias inuenimus nec eas bono l' virgmal' cōmētie·vl' etiā vidual' equam⁹· hec Aug·

Secūd⁹ est sanct⁹ Thomas·xxij·q·clij·ar·iiij·in rubrica dicit sic· Q⁹ aūt virgmitas sit excellētioꝝ mrimonio maifeste p̄bat· Prīo exemplo xp̄i qui mrem virgmē elegit·sicut Amb·li·de officijs dicit sic Quāta est virgmitatis gra que meruit a xp̄o eligi vt esset coꝝpale templum dei in qua coꝝpaliter habitauit plenitudo diuinitatis·p̄go mūdi salutē genuit·virgo vniuersoꝝ vitā pepit·hec ille· Secundo qꝝ xp̄s virgmitatē seruauit· Tercō ex doctrina apostoli ·q̄ j·Corimth·vij·c·v̄gmitatē dsuluit·tanq̄ meli⁹ bonū Quarto qꝝ castitati attribuit decoꝝ·iō virgmitati attribuit excellētissima pulchritudo·vñ Cipꝝian⁹ li·de v̄ginitate dicit sic·Ad v̄gines sermo ē quarū quo sublimioꝝ est gl'ia·maioꝝ est cura·Flos em̄ est ille ecclhastice germis dec⁹ atqz ornamētum gre spūalis ⁊ illustrioꝝ porcō gregis xp̄i·hec ille Quīto qꝝ cēteſim⁹ fruct⁹ attribuit v̄gmitati ꝼm Hiero·ꝓpter excellētiā quā habz ad viduitatē cui attribuit sexagesim⁹ ⁊ ad matrimonīū cui attribuit tricesim⁹ Sexto quia virgines vt dicitur Apoc̄·xiiij·capitu·sequuntur agnum quocunqz ierit· Quia imitantur christum non solum integritate mentis·sed etiam carnis

vt Augusſt. dicit li. de virginitate. & ideo in pluribꝰ ſequũtur agnuꝫ
Septimo qꝛ virgines cantãt cãticũ nouũ qđ eſt gaudium de integritate ſeruata. hec Thomas vbi ſupꝛa. Sed qꝛ mediũ virtutis accipit ſm ꝓporcionem circũſtãtiaꝝ ad rõnem rectã Tempꝰ aũt eſt vna de circũſtanciis. iõ nõ eſt incõuenies aliquid eſſe illicitũ vno tẽpoꝛe qđ eſt licitũ & virtuoſuꝫ ſi alio tpe fiat Propterea ſi ĩ tpe quo deꝰ ad multiplicatõꝫ generis humani vel cultꝰ diuini volebat homines inſiſtere opi diuinali aliquis ꝓpꝛio motu incoꝛruptõnem ſeruaſſet fuiſſet in extremo diminutõis. qꝛ abſtinuiſſet ab omĩ delecta bili qñ non debuiſſꝫ. ſꝫ poſtea facta multiplicatõe humani generis. vel colẽtiũ deũ ſufficiẽti nõ peccaſſꝫ virginitatẽ ſeruãs. etiã in lege Moyſi. vel in ſtatu nature integre ſi hõ nõ peccaſſet. nec feciſſet cõtra illđ ꝑceptũ in pꝛincipio adductũ. qꝛ multiplicatõ poterat ꝑ alioſ fieri. ſꝫ ſupꝛa ꝑceptũ Ad ꝓpoſitũ be. Lu. vt generaret xp̃o filios ſpũales potiuſq̃ carnales. & celũ magiſq̃ terram repleret. videns ſpõſum ſuũ nolle acquieſcere veritati fidei Jeſu xp̃i ipm reliquit et rõnabiliter fecit. vt hẽc eꝛ de diuoꝛtiis ca. quanto. & ca. gaudemus Et adheſit xp̃o tanq̃ celeſti & ſpũali eiꝰ ſpõſo. hec aũt deſpõſatõ q̃ fit cũ xp̃o ꝑ virginitatẽ eſt quid nouũ. qꝛ in noua lege inductũ. ideo Gre. li. moꝛali dicit ſic. Gaudeat magis puella nobilis genere. ſed nobiliꝰ ſanctitate qđ ſit ꝑ diuinũ cõſoꝛtiũ pꝛecipuã in celis ꝺſecutura ſublimitatẽ q̃ ſi eſſet ꝑ hũanũ ꝺnubiũ plem in terrã ꝓpagatura ſublimẽ. hec ille. Et ꝓpter hoc b. L. pfert đ theſauro ſuo noua. ꝛc̃

Pꝛofert de theſauro ſuo noua.

Fidelitatis.
Virgmitatis.
Pietatis.
Liberalitatis.
Humilitatis.
Firmitatis.
Jnuincibilitatis.

Pꝛimo be. Lu. pfert de theſauro coꝛdis ſui. noua fidelitatis. vñ Aug. ſup Johã. dicit ſic Sicut in radice arboꝛis nulla apparet ſpes pulchritudinis. & tñ quicquid eſt ĩ arboꝛe pulchritudinis ex illa ꝑcedit. & quicquid decoꝛis Sic ex fidei humilitate quicquid meriti. quicquid beatitudĩs aĩa ſuſceptura eſt. ex fidei fũdamento ꝓcedit. hec ille Fides eſt ſicut lux aĩe illuminãs mẽtem de qua dicit Gen. j. ca. Dixit deꝰ fiat lux. factaq; eſt lux. Sicut em̃ lux eſt facta ꝓpter quatuoꝛ. ſic etiã fides. Pꝛimo vt tenebras effugaret. Ideo dicit Gene. j. capitu. Deus diuiſit lucem a tenebris Sic mens hominis

in principio est obscura p ignorantiam. & illuminat p fidem Joh. j. cap. Erat lux vera que illumiat omez hominē venientē in hūc mūdū

Secundo vt totum vniuersum decoraret tanq̄ precōsum ornamentum. quia dat omibus decorem. & formalem pulchritudinem colorū secundum Ambro. Sic mēs hominis in principio est turpis ꝓpter carentiam. iusticie origimalis. & decorat p fidem Actu. xv. ca. Fide purificans corda eoz. Tercio vt diuina opa & occulta misteria demonstraret. Si em̄ lux non fuisset creata. nullā de supcelestibus noticiam haberem9. vt dicit philosoph9 primo methaphi. Sic mens homis i principio est sicut tabula rasa in qua nihil est scriptū. vt patet. iij. de anima. Sed pficit p fidem Isa. vij. ca. Nisi crediderit is. non intelligetis. ꝓterea dicit psal. Emitte lucē tuā & veritatez tuā ꝛc. Quarto vt influentias solis ad terram deferret. quia ꝝ philosophos mediante luce deferunt influentie solis ad terras vt generent Sic anima in principio est infirma & impotēs. & p fidem recipit virtutem & fortitudinem. Unde Bern. sup cantica dicit Quid non inuenit fides. Attingit inaccessa. deprehendit ignota. comprehendit immensa. apprehendit nouissima. ipam denigz eternitatē suo illo sinu viuacissimo quodāmodo circūcludit. hec ille. Bea. Lu. rōe hui9 magnitudinis fidei dicta est lucia a luce. s. fidei. que maxime in ea viguit. sicut dixit ei sancta Agatha Fides tua matri tue subuenit. et ecce sana est. iuxta illud Math. xv. ca. O mulier magna est fides tua ꝛc.

Secundo bea. Lu. pfert de thesauro suo noua virginitatis. Un Augus. in quodā sermone dicit sic. Inter omia certamina xpianorū sunt prelia duriora castitatis. Nam est ibi continua pugna & rarior victoria Rara est em̄ concordia forme & pudicicie. Rara est auis in terris nigra & cigno similima. hec ille. Virginitas em̄ compatur luci ꝓpter quatuor. Prima q2 lux est oim creaturarū prima. quoniā primo fuit creata. vt habet Gen. j. ca. Sic virginitas est prima oim creaturarum. qm̄ omes creature in sui maxime pfectōne & integritate create sunt. Gen. ij. ca. Viditq3 de9 cuncta que fecerat & erāt valde bona. Secūdo q2 lux est oim creaturaruz pulcherrima Ephe. v. ca. Dme qd arguit a lumine manifestat. Sic virginitas est pulcherrima oim creaturarum. Canti. iiij. ca. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te. Tercio q2 lux est oim creaturarum nobilissima. cum sit obiectū nobilissime potentie sensitiue. vt dicit. ij. de aima Etiam intellect9 qui est nobilissima potentia est quedam lux. vt patet. iij. de anima. Sic virginitas est nobilissima. Unde Liprian9 in sermone de virginitate dicit sic. Virginitas est soror angelorum Victoria libidinum. Regina virtutum. Possessio omnium bonorum

Quarto quia lux est ōmium creaturarum maxima. quoniam celo empirreo est coextensa. vt dicitur. ij. sentē. Sic virginitas ē maxima cui debet maximum premium scz fructꝰ centesimꝰ ⁊ aureola. Intelligendū q virginitas est quadruplex. vt declarat sanctꝰ Thomas. iiij. Senten. dis. xxxiij. q. iij. arti. ij. ad quartū dicendum 2ē. Prima est virginitas naturalis. sicut in pueris añ baptismuz in quibus nullus est habitꝰ virtutis. Secunda est sacramentalis sicut in illis qui ad tempus incorruptōnem carnis seruant post baptismū. Tamē cum ꝓposito nubendi suo tpe. Tercia est spūalis. sicut in illis qui habent electōnem conseruandi integritatem carnis hactenꝰ custoditā tamen sme voto. Quarta est diuinalis. sicut in illis qui ex voto virginitatem cōseruāt. sicut fuit in beata virgine. vt habetur. xxvij. q. ij. Paragē. Beata nempe Maria. Beata Lu. rōe virginitatis dicta est. Lucia a luce. s. virginitatis que maxime in ea viguit. sicut dixit ei Agatha. Jocundū deo ī tua virginitate habitaculū ꝓparasti. iuxꝰ illud psal. Domū tuā domine decet sanctitudo.

Tercio beata Lucia ꝓfert de thesauro suo noua pietatis. Unde Ambrosiꝰ super. Baeti immaculati dicit sic. Pietas pentibus amica. deo grata. dōm conseruat. neçessitudines sociat. dei agit cultum. merces parētum. suorū stipendiū. Pietas imꝑ iustoz tribunal. egenoz portus. miserorum suffragium. indulgentia peccatoz. hec ille.

Beata Lu. habuit ad parentes magnam pietatem. quia matri sanitatem obtinuit. Voluit em̄ habere curā de matre ꝓpter quatuor

Primo ꝓpter dei ꝓceptum Exodi. xx. cap. Honora patrem tuum ⁊ matrem tuā. Secundo ꝓpter xpi exemplum qui de matre ī cruce pendens curam habuit. Tercio ꝓpter dei ꝓmissum cum dicit vt sis longeuꝰ sup terram. Quarto ꝓpter dei iudicium cuz dicit Qui maledixerit patri ⁊ matri morte moriat. Et intelligit de vtraqz vita ⁊ morte. s. corpali. ⁊ spirituali. Qui em̄ honorat parentes a quibus habet vitam corporalem. deus etiam sibi conseruat vitam corporalem. ⁊ qui eos inhonorat moritur.

Quarto bea. Lu. ꝓfert de thesauro suo noua liberalitatis. Unde Ambrosiꝰ. li. j. de officijs dicit sic. Perfecta est liberalitas vbi silētio quis tegit opꝰ suum. ⁊ occulto subuenit necessitatibus singuloz quem laudat os pauperis. ⁊ non suum vel adulatoris. Demqz perfecta liberalitas. fide. cā. loco. tpe. commendat. vt premium operis circa domesticos fidei maxime opetur. hec ille. beata Lucia habuit ad pauperes magnam liberalitatem. Unde potest sibi conuenire illud puer. vl. c. Manū suā apuit inopi ⁊ palmas suas extēdit ad pauperes. Frustra aūt mulier fortis manū aperiret si ī manu nihil hrēt hec aūt vgo hūit manū aptā qz sp dabat ⁊ extēsam qz oibus dabat

Et plenam·quia abundanter dabat Et hylarem·quia letanter dabat Circa suum patrimoniū se habuit quadruplicater· Primo qz dedit paupibus·psal·Dispersit dedit paupibꝫ ꝛc· Ideo meruit celestem thesaurum Math·xix·c· Vade ꝛ vende oīa que habes ꝛ da pauperibꝫ·ꝛ habebis thesaurum in celo Secundo qz dedit in vita ysa·lviij·ca·Anteibit faciem tuā iusticia tua Jō meruit locū securum Math·vj·cap·Thesaurisate vobis thesauros in celo ꝛc· Tercio quia dedit omīa nihil sibi reseruando· Jō meruit fructū centuplum ·Math·xix·ca ·Omnis qui reliquerit domū·patrem·matrem·agrum·ꝛ possessionem centuplū accipiet· ꝛ vitam eternam possidebit· Quarto quia dedit seipam·i·corpus ꝓprium morti ꝛ passioni se exponendo· Ideo meruit habere corpus glorificatū·Phil· iij·ca· Saluatorem expectam? dnm iesum xpm·qui r·c·h·nostre·ꝛc·

Quinto be·Lucia profert de thesauro suo noua humilitatis·Añ Augustī·in epistola ad Dioscoꝛ dicens sic·non aliā tibi ad capescēdam ꝛ obtinendā veritatis viam inuenias· q̄ que inuenta est ab illo qui gressuū nostroꝝ tanq̄ deꝰ infinitatez previdit·Ea aūt est prima humilitas secunda humilitas·tercia humilitas·ꝛ quotiēs interrogares·hoc me dicentem audires Alludens dicto cuiusdam petētis a quodam philosopho quod esset meliꝰ in rethorica· Rn̄dit philosophꝰ·prima eloquentia·secunda elequentia ꝛc·hec ille· Sic bea· Lucia in via xpi·ambulans de se non sapiebat que sunt sublimitatis aut equalitatis·sed magis subiectōis ꝛ humilitatis Non em̄ se filiam vel spōsam xpi nominauit· immo ancillā dicēs· Ancilla xpi sum Filia em̄ dicit nobilitatem·sponsa equalitatem·Ancilla vero humilitatez Sed ancilla est quadruplex· Prima est ancilla peccati Johannis viij·ca·Omnis qui facit peccatū seruꝰ est peccati· Secunda est ancilla nūmi·Lu·xvj·cap·Non potestis deo seruire ꝛ mām̄one· Tercia est ancilla dijaboli·ij·De·ij·ca· A quo quis supatꝰ est eiꝰ ꝛ seruus est Quarta est ancilla corpis ꝓprij Ro·iij·c·Xpō domino non seruiūt sed suo ventri ·Sed bea·Lu· non fuit ancilla peccati quia hoc esset damnabile·nec nūmi·quia hoc esset vituperabile nec dijaboli·quia hoc esset periculosuz·nec corporis sui· quia hoc esset ignominiosum·Sed tantū xpi·quia hoc est gloriosuz·iuxta illud Pauli·Cui seruire regnare est Et sic patet·ꝛc·

Sexto beata Lu·pfert de thesauro suo noua firmitatis·Añ ecc· xxvj·capitu·dicit· Lucerna splendens super candelabrum sanctum Et species faciei super etatem stabilem Est enim etas quadruplex

Prima est iuuentus Et hec nō est stabilis·Quia continue tendit ad perfectionem· Secunda est senectus· Et hec non est stabilis· Quia incipit deficere occulte· Tercia est senium id est

decrepitudo· et hec non est stabilis·qz deficit manifeste Quarta est etas virilis· Et hec est stabilis· quia tunc natura stat Bea· Lu· licet habuerit etatem iuuenilem tamen habuit etatem virilez in mẽ te·quia non potuit vinci a quatuor·Primo nõ a matre· attendẽs il= lud Math·x·capi·Qui amat patrẽ aut matrem·plusq̃ me·nõ est me dignus· Secundo non a spõso Hester·j·cap·Paruipendent vxo res imperia maritorum· Tercõ non a tiranno p obprobria ꝛ mi= nas quãdo dixit Patrimoniũ tuum cum corruptoribus expendisti· Ego te faciam duci ad lupanar· Quarto non a iudice p supplicia ꝛ violentias· Ideo ait Nunq̃ voluntatẽ meam ad cõsensum tuum poteris reuocare non cõmquimaꝯ corp9·misi de consensu mẽtis· Naz si inuitam me feceris violari·castitas mihi duplicabit ad coronam· Sup quo sanct9 Thomas·iiij·Sentẽ·dis·xlix·q·v·arti·iij·dubio pri mo ad quartum dicendum dicit sic·Si aliqua virgo p violentiã op pressa fuerit·non amittit ꝑpter hoc aureolam virginitatis·dũmodo ꝓpositũ perpetuo virginitatẽ seruãdi inuiolabiliter seruet illi actui nullo modo cõsentiens·non tamẽ p hoc perdit virginitatem· ꝛ hoc siue p fide siue pro quacunqz alia causa violenter corrumpaꝯ·Sed si hoc p fide sustineat·erit ei meritorium ꝛ ad gen9 martirij ptine- bit Unde Lucia dicit Si me inuitam feceris violari·castitas mihi duplicabit ad coronam· non q̃ habeat duas virginitatis aureolas Sed q̃ duplex premiuz reportabit vnũ p virginitate custodita·ali ud p iniuria quã passa est·Dato etiaz q̃ talis violenter oppressa cõ cipiat·Nec ex hoc meritum virginitatis pdit·Nec tamen matri xp̃i equabit in qua fuit cũ integritate mentis·etiam integritas carnis· Hec Thomas Ideo dicit columna immobilis·ꝛc·

Septimo beata Lucia pfert de thesauro suo·noua inuincibilita- tis·vnde Grego in omĩ·dicit sic·Fortes facti sunt sancti· terrorẽ do mant·spiritum roborant·virtutibus coruscant·terrena despiciunt·ce lestia appetunt·occidi possunt·flecti autẽ nequeunt· nec sustinere fla gella p infirmitatẽ metuũt·nec lesi vnq̃ a veritate conticescunt· hec ille·Bea· Lucia contra quatuor fortissime pugnauit ꝛ vicit· Pri= mo vicit peccata scz luxuriam·ideo fuit templũ dei·vnde ait qui ca= ste viuunt templũ sunt spũssancti·vicit auaritiam·vnde ait·Sacrifi cium placens deo est visitare paupes ꝛ in necessitatib9 eoꝝ subue- nire·vicit superbiam·Unde ait Tu principum tuorum decreta custo dis ·Et ego dei mei legem custodio·Tu principes times· ꝛ ego de um timeo ·Tu illos offendere non vis·Et ego deum offendere ca- ueo ·Tu illis placere desideras·ego vt christo placeam concupisco· Ideo accepit coronam regni·Unde cantatur de ea· Omnis plebs te expectat· vt accipias coronam regni· Et Apocalip· iij· capitulo·

Qui vicerit faciam illum calumnam in templo dei mei· ⁊ cetera·

Secundo vicit mundum quo ad Tirannos scilicet qui eius mentem a vera fide subuertere conabantur· Unde ipsa dixit Pascasio· Tu fac quod tibi vtile esse cognosces Ego faciam quod mihi vtile esse ꝑsperero· Mirabile ēm fuit ꝙ fragilis femina vicit hostē tam robustum iuuencula hostem tam antiquū· puella delicata hostē tam astutum· vnde cantaᷓ de ea In tua patiētia possedisti animam tuaz Lucia spōsa xp̄i odisti que in mundo sunt· ⁊ coruscas cum angelis· sanguine xp̄io inimicū vicisti Ideo meruit illō quod ponit Apoc· iij· capit· Qui vicerit dabo ei sedere mecū ī throno meo· sicut ⁊ ego vici ⁊ sedi cum patre meo in throno eius· Tercio vicit tormenta· Nam boues ꝑ̄ualuerūt vim trahendi· q̄ nec mille homines nec plura paria boum ad lupanar eam trahere potuerūt· Nec mirum quia ipa erat membrū xp̄i· ideo· j· corinth· vj· ca· dicit· Tollens membra xp̄i· faciam membra meretricis Absit· Etiā igis ꝑualuit vim cōburendi quia Pascasius angustiat⁹ nimis· iussit copiosum ignem circa eam accendi· picemqz resinā ⁊ oleum feruēs sup eam fundi ⁊ nihil ei nocuit· Ecc̄i· lj· capi· In medio igis non sum estuata· Quarto vicit mortē· Nam ꝑcussa in gutture gladio necari non potuit· sed quamdiu voluit supuixit· Impetrauit ēm a dño inducias martirij· vt credentibus aufferret terrorez passionis· Et nō credentibus aufferret vocem insultatōis· vt pacez ecclesie redditā nunciaret tanq̄ xp̄he tissa domini· vt corpus dñi reciperet· ⁊ se deo cōmendaret· vt aduocatam siracusanis se ꝑmitteret· Sic ergo patet ꝙ b· Lu· magis meruit virgimitatem obseruādo ꝙ cum spōso suo pagano matrimonialiter cohabitādo Math· v· ca· Beati mundo corde· q̄m ipsi deum videbunt· hic per grām tandem per gloriam· Amen·

In festo sancti Thome apostoli Sermo·

Homa vidisti me Johā· xx· c· ⁊ in euangelio p̄sentis solenmitatis Beda sup Marcum dicit sic· Hic est Thomas qui interp̄etatur abissus vel gemin⁹ quod grece dicit didim⁹ Que vtraqz interp̄etatio bene cōgruit eius statui· Didimus ēm recte vocat ꝑter dubiuz cor in fide resurrectōis dominice Abissus quoqz dici potuit cum altitudinem dominice virtutis· resurrectōne celebrata· fide certa penetrauit· hec ille· Super quo moueo talem questionem· Utrū beᷓ Thomas tarditas magis nobis ꝑfuerit ad veritatem fidei confirmandam ꝙ aliorū apostolorz credulitas ad dubietatē extirpādam

Primus est beatus Grego. in omĺ. dicit sic Egit nanqz miro mo
do diuina clementia vt discipulus dubitans. dum in magistro suo
vulnera palparet carnis. in nobis vulnera sanaret infidelitatis. pl9
em̄ nobis Thome infidelitas ad fidem q̄ fides credentiuz discipu
loz profuit. Quia dum ille ad fidem palpando ducitur. nostra mēs
omni dubitatōne postposita in fide solidatur Sic quippe discipulū
post resurrectionem suam dubitare permisit. Nec tamen in dubita-
tione deseruit. Sicut ante natiuitatem suam habere Mariam spon-
sam voluit qui tamen ad ei9 nuptias non peruenit. Nam ita factus
est discipulus dubitans ꝛ palpans testis vere resurrectōnis. Sicut
spōsus matris fuerat custos integerrime virginitatis. hec ille.
Secund9 est Petr9 rauennas sermōe septuagesimanona. dicēs sic.
Qō apostoli resurrexisse dn̄m mulieribus nūciantibus. aut nō credi
derūt. aut deliramentū indicasse referunt. grauiter nemo arguat. al
te em̄ dubitat qui alti9 credit Decipi nō p̄t. qui nō est facilis credi
tor vel auditor Ignauus mimis est qui post exemplū inuenit incau-
tus Rudis miles ad aciem currit qui causam belli nescit. ꝛ ius bel-
latoris ignorat Periti autem est non segnis cum sensim miles vete
ran9 accedit. hec ille. Xp̄s em̄ volens oñdere singularē dilectōez
ad sanctū Tho. super ceteros apostolos ostēdit ei quatuor singula-
ria signa familiaritatis ꝛ amicitie Primū fuit quia exhibuit se ei
ad tangēduz. Nam quidā cognouerūt xp̄m resurrexisse ex visu. sicut
Lucas ꝛ Cleophas euntes in emaus Luce vlti. ca. Quidā ex audi-
tu vt Petr9 Mar. xvi. ca. Ite dicite discipulis eius ꝛ Petro. q2 sur-
rexit domin9 Quidā ex gustu. vt discipuli qui iuerūt ad piscatōnez
vt patet Johā. vl. ca. Quidā ex tactu vt Thomas Et hoc modo nul
li se exhibuit nisi Thome. immo nec Marie magdalene cui dixit. no
li me tangere Johā. xx. capi. Ideo cantaĺ in eius laudez O Thoma
didime qui meruisti xp̄m tangere Secundum fuit q2 exhibuit se
ei ad confitendum Statim em̄ viso ꝛ palpato xp̄o. effect9 est theo-
logus verā ꝛ integram fidem ei9 confitendo quantū ad humanita-
tem ꝛ diuinitatem dicens Domin9 meus ꝛ de9 meus. Videndo er
go credidit qui considerādo verum hominem hunc deū quem vide
re non poterat exclamauit Sicut em̄ ante passionem nullus aposto-
lorum confessus est eum esse verum deū. Nisi Petrus qui dixit. Tu
es xp̄us fili9 dei viui Math. xvi. cap. Sic etiam post resurrectōnez
null9 confessus est xp̄m esse verum deum. nisi Thomas. Tercium
fuit. quia exhibuit se ei ad certificandum Licet em̄ alijs apostolis
Xp̄us apparuerit post resurrectōnem tamen singulari modo Tho-
mā certificauit in eo q̄ voluit q̄ hō mortalis tāgeret corp9 gl'osuz
Hoc aūt ē singl'are miraculū. vñ Ganfre. Carnotensĺ. ep̄us dicit sic

Non enim credendo est iste minoris meriti p ceteris fuisse vt ipse solo iudicaret indigno dñi visione Post dies octo iterū venit Jesus ⁊ Thomas erat cū eis cui cuncta replicant a dño que pridie locuto fuerat velut de absente. hec ille. Quartū fuit. qz exhibuit se ei ad inflāmandū. quāuis em aī passionem multa secreta reuelauerit Johāni vt dicit Joh. xiij. c. Tñ secreta celestia post resurrectōez nō reuelauit alicui familiari⁹ ꝑ Thome. vñ Hāfre. vbi supra. dicēs sic. Quid aūt mirum si mira deuotōe mox exclamauit. dñs meus et deus meus. Nō em erat iam qō de eius diuinitate. qō de veritate resurrectōis aliquatenus hesitaret. quē nec arcerēt claustra. nec laterēt secreta. hec ille. Rōne hui⁹ reuelatōis accendebat Thomas in amorem xpi ⁊ inflāmabat. Si em ex verbis xpi accēdebant illi duo discipuli euntes in emaus dicētes Nōne cor nostrū ardens erat ī nobis. dum loqueret nobis in via ⁊ aperiret nobis scripturas quātomagis inflāmabat T. ex tactu vulnerū xpi Et ꝓpter istā certitudinez ⁊ inflāmatōnem dicit xps Thoma vidisti me.

Thoma vidisti me.

Per fidelitatem.
Per obedientie velocitatem.
Per caritatem.
Per puritatem.
Per potestatem.
Per firmitatem.

Primo b. Tho. vidit xpm p fidelitatem. Añ Aug. li. j. de trinitate dicit sic. Mentis hūane acies infirma in tam excellenti luce non figit. nisi p iusticiā fidei emūdet Sciendū ꝙ nō quelibet fides illuminat mentē ad videndū deū. sed fides recta ⁊ iusta Est em quadruplex fides Prima est hereticoz. j. Thi. iiij. c. Discedēt quidaz a fide attendētes spiritibus erroris ⁊ doctrinis demoniox in ypocrisi loquentiū mendatiū. ⁊ cauteriatā hñtium suā conscientiā ꝓhibentium nubere abstinere a cibis quos deus creauit ꝛc. Secūda ē falsox xpianox Jaco. ij. c. Fides sine opibus mortua est Et Augu. ser. xxij. dicit sic. Fides appellata est ex eo quod fit. Due sillabe sonant cum dicit fides. prima sillaba est a facto. secūda a dicto. Interrogo ergo te vtrū credas. dicis credo. Fac quid dicis ⁊ fides est Ex his duobus fides fit. hec ille. Tercia est curiosox qui nō immittunt veritati. j. Corinth. j. c. Judei signa querūt. ⁊ greci sapientiaz. Sic em dicit Math. xij. capit. Magister volumus a te signum videre ꝛc.
Quarta est inquietox qui non sunt stabiles ⁊ firmi. Luce. viij. c.

Ad tempus credunt⁊ in tpe temptatōnis recedunt⁊b⁊Tho⁊añ pas=
sionē xpi habuit fidē impfectā⁊sicut ⁊ ceteri apostoli qm̄ omēs reli
cto eo fugerūt Math⁊xxvj⁊Post resurrectōnē etiā fuit incredulus⁊
cū dixit Nisi videro ī manibus eiꝰ fixurā clauoꝝ ⁊c⁊Quia em̄ ab ali
orū cōgregatōe recessit⁊iō incredulitatē incurrit⁊ ⁊ xpm videre non
meruit Cū aūt ad cōgregatōꝫ apostoloꝝ rediit⁊ fidē xpi cōfessus ē
dicēs dns meꝰ⁊ deꝰ meꝰ Ro⁊x⁊c⁊Corde creditꝫ⁊ad iusticiā⁊ore aūt
confessio fit ad salutē⁊Eiꝰ aūt fides patet ex quatuor⁊ Primo qr
xps eiꝰ fidē approbauit dicens⁊Quia vidisti me Thoma credidisti
Johā⁊xx⁊c⁊Aliud quidē vidit⁊ aliud credidit⁊hominem vidit⁊ Et
deū credidit Secūdo qr magos baptisauit ꝑm Crisosto⁊ Ex quo
patet quātam ī fide excellētiā habuit⁊qui primitias gentiū ad fidē
baptizare pmeruit Tercō qr in ciuitate Edissa vbi corpꝰ suum re=
quiescit⁊nullū hereticū aut infidelē siue iudeū⁊siue paganū habitare
permittit Ex quo datꝫ intelligi quātꝰ sit defensor fidei⁊ qui nullū iuꝫ
se infidelē viuere pmittit⁊ Quarto qr ecclesia que nō ꝑt errare su
am fidē imitari petit⁊vt cōtinetꝫ in oratōe eiꝰ⁊Et sic ptz fidelitas eius

Secundo be⁊Tho⁊vidit xpm p obediētie velocitatē⁊vñ Bern⁊ser
mōe⁊xxj⁊sup cātica dicit sic⁊Cesset volūtas ꝓpria⁊ ⁊ infernꝰ nō erit⁊
In quē em̄ desinet ignis⁊nisi in ꝓpriā volūtatē⁊ Nā ꝓpria volūtas
deum impugnat⁊aduersus eū extollitꝫ⁊Jpa est que padisum spoliat
infernū ditat⁊sanguinē xpi euacuat⁊ ⁊ ditioni diabolī mundū subiu=
gat⁊hec ille⁊Volūtas aūt nostra debet ꝑficere volūtatem dei qua=
druplicitēr Primo sicut peregrinꝰ obseruat viā qñ pergit ad pātriaꝫ
suam⁊Sumꝰ em̄ oriundi a patria celesti ꝑm aīaꝫ⁊ quēadmodū ange
li qr a deo qui nos creauit ad imaginez ⁊ similitudinē suā⁊Quādiu
aūt sumꝰ in hac vita⁊vita nostra est volūtas diuina De cuiꝰ ꝑceptis
dicit psal⁊Deduc me in semitā mādatoꝝ tuoꝝ⁊quia ipam volui ⁊c⁊
Ab ista via deuiāt aliqui ad dexterā⁊ putātes se facere bonū⁊ cum
Quarto debet vicem rependere si aliquod donū ei largiat̄·Deꝰ em̄ nunq̄ aiam visitat quin aliquid ei largiat̄·s·p̄tiā bonitatem vl̄ misericordiā·vñ Bern̄·dicit sup illo verbo·Quid retribuaꝫ dño ꝛc̄· Qñ ignorabā· me instruxit· qñ errabā ·me reduxit· qñ peccabā·me correxit·quando steti·me tenuit·quando cecidi·me erexit·quādo iui me duxit·quando veni ad ipsum· me suscepit· nec pro his ommibus quid illi rependam·habeo nisi tm̄ vt diligam· Non em̄ melius nec decentiꝰ q̄ p dilectōeꝫ repēdi p̄t qđ p dilectōnem datū est·hec ille Semp ei grās agēdo·ꝛc̄· Quīto debet ipm diligere si amore subarrat̄·vñ Hugo de sancto victore dicit vbi s̄·Diligite illum·diligite p̄ter illū·diligite dona illiꝰ p̄ter illum·dilige illū vt fruaris illo· Illū tibi ꝛ te illi·dilige dona illiꝰ ab illo·tibi p̄ter te·hec pura ꝛ casta dilectōe·hec ille·Sic ergo x̄ps spōsus aīe summe debet diligi Sexto debet formosa apparere si pulchritudo in ea queratur Spōsus em̄ aīe est specōsus forma pre filijs hominū· ideo spōsam querit pulchram non corpaliter sed spūaliter cū venustate coloris ꝛ integritate membroꝝ·Ergo nō debet esse nimis magna p̄sumēdo de cōtemplatōe nec nimis parua·se vilificando affectu tempalium sed debet in medio cōsistere·vt Ezechiel quē spūs domini eleuauit inter celū ꝛ terrā·debet esse alba p innocentiam et puritatemꝫ rubea p dilectōnem ꝛ caritatem vt dicat illud Cāti·vj·ca·Pulchra sum ꝛ decora filie ihr̄m debet esse nigra p subiectōnem ꝛ humilitatē ·vt dicat illud Canti·j·c· Nigra sum sed formosa· vt sic audiat a spōso suo·illud Canti·iiij·c·Tota pulchra es amica mea·ꝛc̄· Bea·Agn· hanc honestatem cōseruare cupiens grāde certamē habuit cōtra p fectū vrbis qui voluit polluere sue fame honestatē trahendo ipsaꝫ ad prostibulum In quo superauit sex machinamenta obprobriosa p fecti· Primo fecit ipām nudam p ciuitatem duci vt nuditate magis erubescceret·Solent em̄ virgines magis nuditatē timere q̄ penam Ecc̄·xvj·c·Eras nuda ꝛ cōfusione plena·Istud telū supauit dē sitate capilloꝝ qui eā induerūt ꝛ cōfusionesꝫ p̄pulsauerūt·ij·Corint· x·c·Capilli p velamine mulieri dati sunt· Secūdo fecit ipām in loco turpi·s·m prostibulo includi·vt nomē ꝛ honestatem pollueret· Joelis·iij·Posuerunt puellā in prostibulo Istud telū superauit pūtia angelica·Isai·xxxv·c·In domibꝰ in quibus priꝰ habitabāt drā cones orieꝫ viror calami· Tercō fecit ipām recludi in obscuro loco·vt loci obscuritas virginesꝫ deterreret·ij·Corꝫ·vj·c·Que societas lucis ad tenebras·Istud telum supauit luminis claritate·que tanta fuit vt nullus posset eā cōtingere vel videre·Sap̄·xviij·c·Sanctis aūt tuis maxima erat lux·s·m refrigeriū Quarto fecit ipām relinqui sine vestimēto vt frigoris aspitas eam affligeret· Mich·ij·ca·

Desup tunicā palliū sustulistis. Jstō telū supauit īduta veste celesti quam sibi angeli in carcere pauerunt Judith. x. c. Jnduit se vestimtis iocunditatis sue. Uestem em̄ candidā sibi de celo attulerunt.

Quinto fecit ipam omībus expoī vt p vno quē cōtempserat oēz haberet. ij. Mach. iiij. c. Lusus est optimos ephebos in lupanarib? ponere. Jstud telū superauit diuina ptectōne. t virtute. quia omēs qui ingrediebanť cōuertebanť. j. Re. x. c. Jnsiliet in te spirit? domini. t mutaberis in virum alterū. Sexto fecit. ipam illudi a filio suo. vt quē noluerat hr̄e maritū hr̄et amasiū Jstō telū supauit p demōis iusticiarij dei emulatōez q ipm suffocauit. vñ ipa ait. Jlle cuius voluntatem volebat pficere ptātem in eū accepit t occidit. Demones sunt iusticiarij dei qui etsi a seipis hn̄t voluntatem malam a deo tn̄ accipiunt iustam potestatem. j. Re. xviij. c. Spūs domini malus insilijt in Saul. Est em̄ mal? ꝑter iniquam voluntatem.

Quinto bea. Agnes exiuit obuiā sponso per fidei sinceritatem q consistit in sex. Nam sponsa debet amore sponsi a pentibus separari. quia homo relinquet patrem t matrem t adherebit vxori sue Jtem debet a doctore in via regulari. preterea debet gressus p modestiam moderari. Rursus debet de virtute in virtutem iter abbreuiari. Adhuc debet p vitā contemplatiuā corā sponso se erigere. tādem debet p actiuam se inclinare t flectere. Que omia in se habuit bea. Agnes. vñ hanc fidem volens in ipsa corrumpere Vicari? prefecti multiplex ei intulit supplicium. sed ipa oīa supplicia supauit. Primo fecit ignem copiosum succendi. t ipam in ignem pijci. vt eius ossa in cinerem redigerenť. Jstud certamen superauit per oratōnem deuotam. quia mox vt orauit ignis extinct? fuit. Ecc̄. lj. cap. Jn medio ignis non sum estuata. Secundo iterum fecit ignem copiosum succendi vt cito cōsumereť. Jstud certamen superauit p refrigerantez dei grām que sibi refrigerium prestitit. vñ ipsa ait. Ecce nunc per spiritum sanctum rore celesti perfusa. focus iuxta me moritur. Tercō pontifices idolox suscitauerunt seditionem in populo in mortem virginis. Jstud certamen superauit p miraculi euidentiam. Nam prefect? voluit eam liberare ob visum miraculum suscitatōnis filij. Ecc̄. xlviij. ca. potentia nemo vicit illaz. Quarto vicari? prefecti fecit ipsam in gutture gladio feriri. Jstud certamen supauit per celestem palmam quā acquisiuit Apoca. xvij. c. Stantes añ thronū dei in cōspectu agni amicti stol' albis t palme in mañb? eox

Sexto b. Agnes obuiauit sponso suo Jesu xp̄o per miraculorum sublimitatem. De? em̄ i vita presenti multiplici gloria ipsam sublimauit. quia multis miraculis claruit. Primo in creaturis celestibus. Nā de celo coruscatio t fulgur descendit. terremot? magnus

perſtrepuit⁊ prefecti filiu m de inferno liberauit Secūdo in creaturis elementalibus quia ignis extinct⁹ eſt aqua ⁊ tempeſtas ſup paganos exorta eſt⁊ Aer dum eſſet in carcere illuſtratus eſt⁊ terra mota eſt Tercō in creaturis irrōnalibus que habent tm̄ eſſe ſicut in ymagine que anulum recepit ⁊ temptatōnem fugauit⁊ Que hnt viuere ſicut in capillis⁊qui inſtar plātarum viuunt cū creſcāt⁊ Que habent ſentire ſicut in agno mue cādidiore qui iuxta eaz ſtare viſus eſt⁊vt patet diligenter inſpicienti legendā ei⁹⁊ Quarto in creaturis intellectualibus ſicut in angelo qui ſibi veſtez de celo attulit in carcere ſeu in pſtibulo⁊ſicut in cōſtantia quā mente ⁊ corpe ſanauit

Septimo bea⁊ Agnes exiuit obuiam ſponſo per vnionis inſepabilitatem⁊Nā ſpōſo ſuo ieſu xp̄o⁊inſepabiliter vnit⁊dum honorifice ab angelis aſociat⁊dū delicate cibat ⁊ ſatiat p̄s⁊Saciabor cū apparuerit gloria tua⁊dū cuz ſpōſo quiete cubat quia dilect⁹ me⁹ mihi ⁊ ego illi⁊Cant⁊ij⁊c⁊dum carta dotis ſuſcipit ⁊ ditat⁊ qz coronatur aureola virginitatis ⁊ martirij⁊Sup coronam facies alterā coronā aureolaz⁊Exo⁊xxv⁊c⁊Et ſic in aula clare viſionis ꝑpetuo manſura cū ſponſo inducit⁊vbi dilectatō meriti⁊in dilectatōz premij cōuertit⁊vñ ipa ait Jp̄i ſum iūcta in celis quē in terris poſita⁊tota mētis deuotōne dilexi in eternum Amen⁊

In feſto ſancti Vincentij martiris Sermo⁊

Irmabit in illo ⁊ nō flectet⁊ſcribunt hec verba Eccli⁊xv⁊ca⁊⁊ in epla⁊be⁊Greg⁊li⁊vij⁊moral⁊dicit ſic⁊Juſtorum fortitudo eſt carnem vincere⁊ ꝑprijs volūtatibus contraire⁊delectatōnem vite p̄ntis extinguere⁊ huius mūdi aſpa ꝑ eternis p̄mijs amare⁊hec ille⁊Sup quo verbo moueo talem queſtionem Utrū bea⁊ Vincenti⁹ magis coronet laurea fortitudinis reprimendo immobiliter timorem periculorum⁊q̄ Datian⁹ aggrediendo infatigabiliter ſupplicijs audatiā labor⁊Ad hanc queſtionē rn̄dent duo doctores noui teſtamenti⁊

Prim⁹ eſt bea⁊Auguſ⁊ſermone primo hui⁹ diei dicens ſic⁊Magnum ⁊ multum mirandū ſpectaculum noſter aīm⁹ cepit⁊nec immaniſſimā ⁊ pernicoſiſſimam ſicut ſolet in theatris quarūcunqz nugarum⁊ſed plane vtiliſſimam ⁊ fructuoſiſſimam voluptatem oculis interioribus hauſim⁹⁊cum beati Vincentij paſſio legeret⁊ Terret videre inuictam martiris animā contra inſidias antiqui hoſtis⁊cōtra ſeuitiam impij iudicis⁊contra dolores mortis armis acerrima conflictōne certantem⁊⁊ in adiutorio domini cuncta ſuperantem⁊hec ille Secund⁹ eſt be⁊Tho⁊ſecunda ſecunde⁊q⁊cxxiij⁊arti⁊vj⁊in reſpō⁊

Ad secundum argumentum dicens sic. Sustinere est principalior actus fortitudinis. ꝙ aggredi triplici rōe. Primo quidem. qr sustinere videt aliquis ab aliquo fortiori inuadente. Qui aūt aggredit inuadit p modū fortioris. Difficilī aūt est pugnare cum fortiori ꝙ cū debiliori. Secūdo qr ille qui sustinet iā sentit picula imminentia. Ille aūt qui aggredit habet ea vt futura. Difficilī autez est non moueri a p̄ntibus ꝙ a futuris. Tercio qr sustinere importat diuturnitatem tpis. sed aggredi potest aliquis ex subito motu Difficilī est diu manere immobilem ꝙ subito motu mnueri ad aliquod arduum. Ūñ philosophī dicit. iiij. Ethicoꝝ. ꝙ quidā sunt prevolantes ante pericula ꝛ mi ipīs discedūt. Fortes autē econtrario se habent. Et in sustinendo iusticiaz maxime aliqui fortes dicunt. hec Tho. Sciendū ꝙ exteriorem actuz virtutis, qñqz aliqui efficiunt non hñtes virtutem sed ex aliqua alia causa ꝙ ex virtute. Et ideo philosophī. iiij. Ethicoꝝ ponit quatuor modos eoꝝ qui similitudinarie dicunt fortes quasi exercentes actū fortitudinis preter virtutez Quidā em̄ ferunt in id quod est difficile acsi ñ esset difficile ꝓpter ignorantiam qr scz non percipiunt magnitudinem periculi. Quidaz autem ꝓpter bonam spem ad pericula vincenda. qr scz sunt expti sepe pericula euasisse. Quidam vero ꝓpter scientiā ꝛ artem quandaz sicut contingit in militibus qui ꝓpter peritiam armorum ꝛ exercitiū non reputant grauia pericula belli. estimantes se p artem suam posse ꝛtra ea defendi. sicut Vegetius dicit ī li. de re militari. nemo facere metuit qđ se bñ dimicasse confidit. Quidā ꝓpter impulsum passionis vel tristicie. vl' ire quā vult repellere. Quidaz ꝓpter electōnem alicuius tpalis cōmodi acquirendi puta honoris. voluptatis seu lucri. vl' alicuius incomodi vitandi. puta vituperij. afflictōnis seu damni. Hij em̄ nō dicunt vere fortes. sed similitudinarie. Vere aūt fortis est qui habet firmitatez animi in sustinendis ꝛ repellendis his in quibus maxime est difficile firmitatem habere. s. ī piculis grauibus. vnde Ambro. li. j. de officijs dicit sic. Non mediocris animi est fortitudo que sola defendit ornamenta virtutū omniū. ꝛ iusticiā custodit. ꝛ que in expiabili prelio aduersus oīa vitia decertat. inuicta ad labores. ad picula. Rigidior aduersus voluptates. auaritiaz fugat tanꝯ labem quandā que virtutem effeminat. hec ille. Et Tullius in sua rethorica dicit Fortitudo est considerata periculorum perpessio ꝛ laborum susceptio. Sed fortitudo animi dicit que firmiter retinet voluntatem hominis. in bono ratōnis contra maxima mala. vt homo sustinet psonales impugnatōnes ꝓpter summum bonum. quod est deus quemadmodū fecerunt sancti martires quibus debet laurea fortitudinis in celo ſm specialem gradum beatitudinis.

ſecundum illud Math·v·cap·Beati qui pſecutōnem patiunt ꝓpter iuſticiam·qm̄ ipōrum eſt regnum celoꝝ·Quem gradum aſſecutus ē bea·Um·p glorioſum triumphum ſue fortitudinis·ꝛ firmitatez ſue voluntatis in deo·ideo dicit·Firmabit in illo·

Firmabitur in illo.

Per fidelitatem·
Per lōganimitatez·
Per conſtantiam·
Per fortitudinem·

Per caritatem·
Per perſeuerantiam·
Per Patientiam·
Per beatitudinem·

Primo be·Uincenti⁹ firmat in xp̄o per fidelitatem que cām pugne in via iuſticie inſinuat·ꝛ iſta oſtendit lucrum ꝓpter qō eſt diminandū·vnde hanc fidem vſqz ad mortem debemus teſtificari· iuxta illud·j·De·iiij·c·Nemo veſtrum patiat quaſi homicida aut fur·aut aliquid huius·Si aūt vt xp̄ianus non erubeſcat· glorificet aūt deo in iſto nomine·Sciendum ꝙ xp̄ian⁹ dicit ille qui eſt xp̄i· Dicit aūt aliquis eſſe xp̄i quadrupliciter· Primo qꝛ pfitet fidem xp̄i· non ſolum corde credendo fidei veritatem·ſed etiaz exteri⁹ ore ptestādo Roma·x·c·Corde creditur ad iuſtitiam· ore autem confeſſio fit ad ſalutem· Secundo qꝛ ſpiritu xp̄i ad opera virtuoſa ꝓcedit· ſm illud Roma·viij·c·Siquis ſpirituz xp̄i non habet·hic nō eſt ei⁹· nō ſolum ēm per verba debet quis confiteri veritatem fidei ſed etiam per facta fidem xp̄i debet oſtendere·ſm illud Jacobi·ij·c· Oſtēdā tibi ex operibus fidem meam· Unde ꝛ de quibuſdam dicit Titum j·ca·Confitent ſe noſce deum ·factis aūt negant·ꝛ ideo xp̄ian⁹ dicit·Non ſolum qui patit ꝓ fidei confeſſione que fit per verba· ſz etiam quicunqz patit ꝓ quocunqz bono opere faciendo· Tercō quia ad imitatōnem xp̄i peccatis moꝛit ſm illud Gal·v·c· Qui autem ſunt xp̄i carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs·ꝛ concupiſcentijs·Unde xp̄ianus dicitur·qui ꝓ quocunqz peccato vitando patit ꝓpter xp̄m ſicut ꝓ integritate carnis ſeruanda legunt alique mulieres vitam contempſiſſe·Dicit ēm Auguſtin⁹·j·de ciuitate dei·ꝙ quedam ſancte femine tempoꝛe perſecutōis· vt inſectatoꝛes ſue pudicitie deuitarent ſe influuium deiecerūt· eoqz modo defuncte ſunt earumqz martiria in catholica eccleſia veneratōne celeberrima frequentant· Quarto quia ꝓ veritate iuſticie repꝛehendēdo vitia patitur·Deus ēm huius opera a nobis requirit ꝛ nos ꝓ eis remunerat·Unde ꝛ beati Johannis baptiſte in eccleſia martirium celebratur· qui non ꝓ defendenda fide· ſed ꝓ repꝛehenſione adulterij mortem ſuſtinuit·vt patet Marci·vj·ca·Be·Uincenti⁹ his quatuoꝛ

modis fuit vere xp̃ianus. Primo per apertam fidei confessionez Unde dicit de eo q̃ dixit Datiano de mandato Valerij ep̃i Nepharium apud xp̃ianam prudentiã esse cognosce diuinitatis cultuz abnegando blasphemare. Secundo per deuotam oratõnem. vñ dicit de eo Sursum erectis luminibus dominum precabat. Tercio per corporis mortificatõnem. q̃ timore diuino carnem suã confixit. p̃s. Confige timore tuo carnes meas. Quarto per duram increpatõnem. psal. Sagitte potentis acute cum carbonibus desolatorijs. Jsta em̃ sagitta fuit potens q̃ iram tiranni non timuit. Fuit accuta quia ei9 cor medullit9 penetrauit. Fuit accẽsa quia zelo dei hoc fecit. Et sic firmatus est in xp̃o p fidelitatem. ꝛc.

Secundo be. Uincenti9 firmat in xp̃o per Caritatem que mortis periculũ impat. i via militie ad preliandũ. vñ Maxim9 in quodã sermone dicens sic. Caritas xp̃i in martirib9 suis vicit. Et Johã. xv c. Maiorem caritatem nemo habet q̃ vt animam suã ponat quis p amicis suis. Etiã sine caritate martirium nihil valet. ẽm illud. j. Corinth. xiij. ca. Si tradidero corpus meum ita vt ardeã. caritatẽ autẽ non habuero nihil mihi p̃dest. Primũ em̃ motiuũ ad actuz virtutis est amor caritatis. sicut semen vel radix est primum motiuũ ad fructum. Et ex hoc aliquis actus precipue ad pfectionem vite pertinz iuxta illõ Collocẽ. iij. c. Caritas est vinculũ perfectõnis. Martirium aũt inter oñs act9 virtuosos maxime demonstrat pfectõnem caritatis Quia tantomagis aliquam rem quis ostendit amare quanto p ea rem magis amatam contemnit. z rem magis odiosaz eligit pati. Sed inter omnia alia bona p̃ntis vite. maxime amat homo ipam vitam. z econtrario maxime odit ipam mortem. z precipue cum doloribus corpalium tormentoz. quoz metu etiã bruta animalia a maximis voluptatibus absterrent. vt Augu. dicit. li. lxxxiij. questionuz Caritas autez facit quadruplex incendium. Primo facit incendium amoris. Luce vl. ca. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis.

Secundo facit incendium sermonis. Ecc̃. xxviij. ca. Surrexit Helias quasi ignis z verbum illi9 quasi facula ardebat Tercõ facit incendiũ opationis Job. xxxvij. ca. Nõne vestimenta tua. i. opa tua. calida sunt. cum perflata fuerint vento austro. i. spũsancto. Quarto facit incendiũ immutatõnis. q̃ licet multa aduersa homo patiat non tamen caritas in eo extinguitur. Canti. viij. ca. Aque multe non potuerunt extinguere caritatem. Caritas fecit in beato Uincentio istud quadruplex incendium. s. amoris in corde. vnde dicitur de eo. Vir inclitus Uincen. succensus igne diuini amoris. feruoris in ore. Unde ipse ait ad tirannum. Exurge z toto malignitatis spiritu debaccare. feruoris in opere. Unde exclamat prudentius. O miles in-

uictissime fortissimorum fortior iam te seua ⁊ aspera tormenta tremunt victorem feruoris in continuatõne Unde dicit Ambrosi⁹ in sermone huius diei Torquet Uincen tunditur flagellatur sed inuictus pro sancto nomine animus non concutitur plus ardens igne celi q̃ ferri Ignis celi est ipsa caritas que in corde Uincentij sic ardebat q̃ ignem exteriorem frigidum faciebat Psalm In meditatõne mea exardescet ignis scilicet caritatis diuine Sic patet secundum

Tercio beatus Uincentius firmatur in xp̃o per Longanimitatez que preparat premium quod debet diuti⁹ expectari ⁊ itineris longitudinem demonstrat ad certandum sicut em̃ magnanimitas dicitur per quam aliquis habet animum tendendi in magna ita etiam longanimitas dicit̃ per quã aliquis habet animum tendendi in aliquid quod in longum distat Et ideo sicut magnanimitas magis respicit spem tendentem in bonũ q̃ audatiam vel timorem siue tristiciam que respiciunt malum Ita etiam longanimitas que sustinet aliqua mala ꝓpter aliquod bonum non quod ex ꝓpinquo expectet̃ sed quod in longum differt propter quod assequendum multa mala in presenti oportet sustinere Et sic dilatõ boni sperati pertinet ad longanimitatem Sciendum q̃ longanimitas seu fiducia mala est quadruplex Prima est Ipocritarum que est in vanitate ⁊ simulatõne Johannis viij capitu Spes Ipocrite peribit non enim placebit in corde suo sicut tela aranearum fiducia eius Secunda ẽ superborum que est in potestate ⁊ exaltatõne Isai xxx capit Sperantes̃ auxilium in equis ⁊ habentes fiduciam in vmbra egipti

Tercia est luxuriosorum que est in voluptate ⁊ carnali delectatõne Job xl capitu habet fiduciam vt influat in os eius Quarta est cupidorum in diuitiarum possessione psal Ne timueris cum diues factus fuerit homo ꝛc̃ Fiducia autem ⁊ longanimitas bona est iustorum ⁊ perfectorum que est in domino per gratie appositionem prouer iiij capitu Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo Hanc longanimitatem se habuisse ostendit bea Uincen ex quatuor signis Primo ex voluntate patiẽdi Unde dicebat Hoc est quod semper optaui ⁊ votis omnibus exquisiui Et ij Corinthco xij ca Libenter gloriabor in infirmitatibus meis Secundo ex firmitate sufferendi Unde dicebat Uidebis me plus posse dei virtute dum torqueor q̃ possis ipse qui torques Tercio animositate contemnendi Unde Tiranni contemnebat iram dicens Cum mihi irasci magis putas Mihi melius incipis misereri Quarto perpetuitate sustinendi Unde dicebat Hoc solum valde metuo quod te mihi fingis velle misereri Nolo vt aliquid minuas de

ſupplicijs vt te victum in ommibus fatearis. Et pruden-
tiꝰ dicēs de eo. Ridebat hic miles dei manꝰ cruentas increpās
q̄ fixa nō pfun dius intraret artus vngula. Et ſic ptz tercium.

Quarto bea. Vincen. firmat in xp̄o per Perſeuerantiaz. Fm quā
iuſtus iter continuat. que portum oſtendit. vñ Bern. in epl̄is. Tolle
pſeuerantiam nec obſequium, mercedem habet. nec beneficium gr̄a
nec laudem fortitudo. Laus em̄ perſeuerantie in hoc cōſiſtit. q̄ ali-
quis nō recedit a bono ꝓpter diuturnam tollerātiam difficiliū ⁊ la
borioſoꝝ. qm̄ ſecundū pſeuerantiam aliquis perſeuerat in his i qui
bꝰ difficilimū eſt diu ſuſtinere. Nō eſt aūt difficile ſuſtinere bona ſz
mala. Sed mala que ſunt pericula mortis. vt plurimū non diu ſuſti-
nētur. quia vt frequentiꝰ cito tranſeunt. Unde reſpectu illoꝝ nō eſt
precipua laus perſeuerātie. Inter alia autem mala precipua ſunt il-
la que opponunt delectatōibus tactꝰ quia huiꝰ mala attenduntur
circa vitam. iō ſuſtinere difficultatē que ꝓuenit ex diuturnitate bo-
nī opis dat laudē perſeuerātie. Sciendum q̄ perſeuerantia cōſiſtit
in quatuor. Primo in carnis mortificatōe Judith. iiij. ca. Scitote
qm̄ exaudiuit dominꝰ preces veſtras ſi permanentes permanſeri-
tis in ieiunijs ⁊ orōibus. Secundo in preceptoꝝ obſeruatōne. j.
Paralipo. xxviij. ca. Firmabo regnum eiꝰ in eternum. ſi perſeuera-
uerit precepta mea facere. Tercio in flagelloꝝ perpeſſione Mat.
x. c. Eritis odio ommbꝰ hominibus ꝓpter me. qui aūt pſeueraverit
vſqz in finem hic ſaluus erit. Quarto in fidei predicatōe. Hebr.
xij. c. In diſciplina pſeuerate. B. U. firmiter ī his pſeuerauit ꝓpter
quatuor. Primo ab infantia ſui deo tā mente q̄ corpe cōſecratōe
Nam in plenitudine fidei ⁊ ſancte honeſtatis ⁊ vere deuotōis ⁊
veritatis ſcripture nutritꝰ. in omni ſanctitate ſe exercuit. Secun-
do a pueritia ſui grōſa inter homines conuerſatōe. Nam ante deuz
⁊ ante homines ſanctos ꝓpter ſanctoꝝ morum elegantiā grāz inue
nit ⁊ habuit. Tercō in diaconatꝰ officio acceptiſſima xp̄o ⁊ eccle
ſie adminiſtratōne. Exiſtens quippe ſub epō Valerio diaconꝰ. re ⁊
nomine. ſuum officium digne adimpleuit. Quarto pro fide xp̄i
⁊ doctrina euāgelij. ardentiſſima concertatōe. Nam contra Datia-
num tirannum diſceptans ipm doctrina rōne ⁊ exemplo mirabili-
ter confutauit. vt patet. ⁊c.

Quinto be. Vincen. firmatur in xp̄o p cōſtantiā que difficultatez
virtute ſuperat in labore multum adiuuans Conſtantia em̄ facit fir
miter perſiſtere in bono contra difficultatem que prouenit ex qui-
buſcunqz exterioribus impedimentis. pſal. Non dabis ī eternum
fluctuatōnem iuſto. Sciendū q̄ conſtantia eſt neceſſaria ad qua
tuor. Primo ad deſpiciendum proſpera Judith nono capitulo

Da mihi in animo ꝺſtantiaꝫ vt ꝺtemnam illum⁊j⁊Machab⁊ ij⁊ca⁊ Mathatias ⁊ filij ei⁹ ꝺſtanter ſteterũt aduerſus nuntios regis an thioch⁊ Secũdo ad ſuſtinẽdũ aduerſa⁊ij⁊Mach⁊viij⁊c⁊Et linguaꝫ poſtulãs cito ꝓtulit⁊⁊ man⁹ cõſtanter extendit⁊ his verbis conſtan tes ſunt effecti ꝑ pñijs legibus mori Tercio ad teſtificandũ vera Act⁊iiij⁊c⁊ Uidentes aũt cõſtantiã Petri ⁊ Johannis comperto ꝙ homines eſſent ſine lr̃is ⁊ idiote⁊Eiuſdem⁊xiij⁊ca⁊ Sequẽte nocte aſſiſtens ei domin⁹ ait⁊Cõſtans eſto ſicut teſtificat⁹ es ꝺe me in ie ruſalem ſic oportet te teſtificari Rome⁊ Quarto ad aggrediendum terribilia Judith⁊vl⁊c⁊Horruerũt per ſe conſtantiam ei⁹ ⁊ me di audatiã ei⁹⁊Et⁊j⁊Mach⁊ix⁊c⁊ Cõuenerũt in iuda oms conſtantes corde⁊⁊ cõtrita eſt ꝺextra ps ab eis⁊⁊ Sap̃⁊v⁊c⁊Stabũt iuſti i magna conſtãtia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt⁊bea⁊Uir⁊habuit maximã mentis cõſtantiã⁊vñ dicit ꝺe eo Inter hec manet immot⁹ ille dei ſeruul⁹ quã cõſtantiã ꝺemõſtrauit in quaꝺruplici certamĩe

Primum certamẽ fuit in Eculeo in quo fecit eũ ꝺatian⁹ toto cor pore diſtendi diſtentũ diuerſis vulneribus cruciari cruciatum ferreis pectinib⁹ laniari ⁊ carnifices ad ſeuiendũ crudeli⁹ verberib⁹ fecit vrgeri⁊ Secundum certamẽ habuit in Craticule incendio⁊ vbi totum corp⁹ vncinis ferreis aperit⁊ ardentes lamine infigunt⁊ ſale ignis aſpergit⁊telis viſcera extraiaciunt⁊ Tercium certamen habuit in carceris ergaſculo⁊Nã tiranⁿ⁹ fecit ipm in obſcuro carcere includi⁊Ibi teſtas acutiſſimas cõgeri⁊In ligno pedes affigi⁊⁊ ſine omni humano ſolatio ꝺerelinqui⁊ Quartuꝫ certamẽ habuit in molli lectulo⁊Poſtq̃ eñ tiranⁿ⁹ vidit ſe eum ꝑ aſperitates tormẽtorum vincere nõ poſſe in lecto molliſſimo eũ reclinare fecit putans ſe ꝑ delicias ipm allicere poſſe⁊Uicit aũt iſta certamina maxima mẽtis conſtantia⁊vñ Auguſ⁊in ſermone hui⁹ diei dicens ſic⁊ Tanta in Uincentio penarum aſperitas ſeuiebat in membris ⁊ tanta ſecuritaſ reſonabat in verbis⁊vt putarem⁹ aliũ loqui⁊⁊ aliũ torqueri⁊Et vere ſic erat⁊Caro eñ patiebaꝫ ⁊ ſpũs loquebaꝫ⁊Habuit eñ plurima auxilia quibus cõſtans fiebat⁊ Primo lucem ineffabilẽ⁊que carcerẽ obſcurum illuſtrauit⁊ Secundo floꝛ revolentiaꝫ amenſſimã que carcerem mirabili odore cõfortauit⁊ Tercõ affectõnem liberam⁊ que compedes grandi virtute reſerauit Quarto ſocietatẽ angelicam quam xp̃us miſericorditer ſibi ꝺeſtinauit⁊

Sexto be⁊Uincen⁊firmaꝫ in xp̃o per Patientiam que in cõtriſtabilibus bonum virtutis ꝺefenſat⁊quaſi cũcta cõſeruans Unde Auguſtinus in ſermone ꝺe ſancto Ciprano dicẽs ſic⁊Facile ẽ martirez celebrando venerari⁊ſed magnum eſt fidem ⁊ patientiam ei⁹ imitari⁊Uam patiẽtia eſt principali⁹ circa triſticias⁊ eo ꝙ patiens aliq̃s

dicit nō ex hoc ꝙ nō fugit. sed ex hoc ꝙ laudabiliter se habet i patiendo que ꝑsentialiter nocent. vt. s. nō inordinate ex eis tristet. Sciendum ꝙ aduersitates tollerande sunt patienter ꝓpter quatuor. Primo ꝓpter ipsarum ꝓuitatem. j. Pe. j. c. Modicum nūc oportet cō tristari in varijs temptatōnibus. vt ꝓbatio fidei vestre multo sit p̄ciosior auro quod p ignem ꝓbat. Secundo ꝓpter rerū paucitatē p̄s. Patientia pauperum non peribit in finem. Tercō ꝓpter dolorum breuitatē. p̄s. Sm multitudinē dolorꝫ meorꝫ in corde meo consolatōnes tue letificauerunt aiam meā. Quarto ꝓpter retributōnis perpetuitatem Ro. viij. c. Nō sunt condigne passiones hui⁹ temporis ad futuram gloriam ꝛc. Be. Vincenti⁹ habuit maximam patientiam in supplicijs. vñ Augu. in sermone hui⁹ diei dicens sic. habebat Vincenti⁹ in sermone fiduciam. in passione tollerantiā. Nam ei⁹ supplicia fuerunt grauissima numerositate. acerbitate. diuturnitate. implacabilitate. que oīa vicit summa patientia. Unde Aug. in sermone hui⁹ diei dicens sic. Fides pugnat. t qñ fides pugnat. null⁹ expugnat. quia etsi laniat. tsi lacerat. nō perit qui xp̄i sanguine est redempt⁹ Potēs hō nō potest perdere quod emit auro suo Et xp̄us perdet qō emit sanguine suo. sed hoc totū non ad homis sed ad dei gloriam referat. Ab ipo vere est patientia vera. patientia sancta. patientia religiosa. patientia xp̄iana. que donū dei ē. hec ille. Et sic patet sextum.

Septimo bea. Vincen. firmat in xp̄o per fortitudinem. que mortem victoriose expugnat. in periculis vexillū tenēs. vnde Ciprian⁹ in ser. de martiribus dicens sic. O beati martires quibus vos laudibus p̄dicem. O milites fortissimi. robur corpis vestri. quo p̄comio vocis explicem. Sciendū ꝙ fortitudo gratuita que est donuꝫ dei firmat aimum hominis in bono iusticie dei que est per fidē Jesu xp̄i. vt dicit Ro. iij. c. Et talis fortitudo p̄t attendi circa quatuor

Primo inquantū defendit bonū cōmune decertando in acie per iustum bellum. Secundo inquantum iudex vel priuata ꝑsona nō recedit a iusto iudicio timore gladij imminentis vel cuiuscunqꝫ periculi. etiam si sit mortifer. Tercō inquantū aliquis ñ refugit amico infirmanti obsequi ꝓpter timorem mortifere infectōis. Quarto inquantū aliquis nō refugit itinerari ad aliquod pium negotiuꝫ ꝓsequendum ꝓpter timorem naufragij. vel latronū. Be. Vincen. fortissime omnia pericula mortis vicit. vñ Aug. dicit sic. be. Vincē. vicit i verbis. vicit in penis. vicit in cōfessione. vicit in tribulatōne. vicit exustus. vicit submersus. vicit viuus. vicit mortuus. hec ille Sic ei respōdit Datiano vt dicit prudēti⁹. Tormēta. carcer. vngule stridēsqꝫ flāmis lamia atꝫ ipa penarū vltia mors xp̄iamis lud⁹ est.

Et sic patet septimum.

Octauo beatus Vincenti⁹ firmatur in christo per Beatitudinez que corona glorie ipsum in celis decorat. Premium vltra meritum reddens. Unde Apocalipſ. vj. capitu. dicitur de eo data est ei corona ⁊ exiuit vincens vt vinceret. Et angeli dixerunt ei. Agnosce O Vincenti quia ꝑ cuius nomine decertasti ipe tibi coronam preparatam seruat in celis qui te victorem fecit in penis quā nobis concedat Amen.

In conuersione sancti Pauli apostoli Sermo.

Tupebant oēs qui audiebant Actu. ix. ca. Et in epta hodierna Beat⁹ Aug. in libro de vidēdo deū ad paulinam dicēs sic. Ipsa dei substātia a quibusdam videri potuit ī hac vita positis. sicut a Moyse ⁊ paulo qui rapt⁹ audiuit ineffabilia verba que nō licet homī loqui. Sup quo moueo talē questionem Utrū beat⁹ paulus ꝑ sui ad mirabilem cōuersionem raptus fuerit ad gl'osam dei visionem. Ad istam questionē rn̄dent duo doctores noui testamenti Primus est beat⁹ Augu. li. xij. sup Geñ. ad lrām dicit sic. Cur nō credam⁹ ꝙ tanto apostolo doctori gentiū rapto vsqz ad ipaz excellentissimā visionem voluerit de⁹ demōstrare vitā in qua post hāc vitā viuendū est ineternū. hec ille. Secūd⁹ est sanct⁹ Tho. scda secūde. q. clxxv art. iij. dicēs sic. Quidā dixerūt Paulū ī raptu n̄ vidisse ipaz dei essentiā. sed quandā refulgentiā claritatis ipi⁹ Sed cōtrariū manifeste ipa verba apostoli designāt Dicit em̄ se audisse ineffabilia verba que nō licet hoī loqui. hui⁹ aūt vident ea que ptinent ad visionem beatoz que excedit statū vie ſm illud Isa. lxiij. c. Oculꝰ nō vidit de⁹ absqz te que preparasti diligentibus te. ⁊ ideo quieti⁹ dicit ꝙ deū ꝑ essentiā vidit hec Tho. Sciendū ꝙ mēs hūana diuinit⁹ rapit ad cōtemplādam veritatem diuinā quatuor mōis. Primo vt cōtemplet eam p similitudines quasdam imaginarias. Et talis fuit excessus mentis qui cecidit supra Petrū. vt ptz act. x. ca. Secundo vt cōtemplet eam per intelligibiles effect⁹. Et talis fuit excessus Dauid dicentis in pſ. Ego dixi in excessu meo oīs hō mendax. Tercō vt cōtemplet eā in sua essentia p lumē glorie qō sit velut forma immanens. Et talis visio est in sanctis in patria. Quarto vt contemplet eā ī sua essentia p lumē glorie qō sit velut passio trāsiens. Et talis fuit rapt⁹ Pauli ⁊ etiā Moisi. Et satis congruenter qr sicut Moises fuit prim⁹ doctor iudeoz. ita Paul⁹ fuit primus doctor gentiū. vñ visio Pauli ī illo raptu ꝑtū ad aliqd fuit simlis

visiõi beatoꝝ·s·quantum ad id qđ videbaꝯ· ꝛ quantũ ad aliquid dissimilis·s·quãtum ad modũ videndi·qz non ita pfecte vidit sicut sancti qui sunt in pria·vñ Augu· dicit·xij·sup Gen̄·ad lrãm· Apl'o arrepto a carnis sensibus in tercium celum hoc defuit ad plenam perfectamqz rerũ cognitõnez que angelis inest ꝙ siue in corpe siue extra corp̃ esset nesciebat·Hoc itaqz nõ deerit cũ receptis corpib̃ in resurrectõne mortuoꝝ coꝛruptibile hoc induerit incoꝛruptõz· hec ille·Et qz in tali visiõe acceperat noticiã sacmẽtoꝝ Jesu xp̃i ꝙt ipemet dic̃ Gal·j·c·Notũ vobis facio euãgelizatũ ẽ a me· qz non scõm hominẽ sed per reuelatõnez Jesu xp̃i· ideo stupebant oms qui audiebãt·vt dicit Thema·

Stupebant omnes·

Angeli qui audiebant eum angelice viuentem·
Justi qui audiebant eũ iuste se regentem·
Penitentes qui audiebant eum cõuerse gradientem·
Judei qui audiebant eũ synagogã euertentem·
Gentiles qui audiebant eũ mũdana arguentẽ·
Peccatores qui audiebãt eum puerse incedentem·

Primo stupent oms angeli qui audiũt beatũ Paulũ angelice viuentem· In angelis em̄ ꝺsiderant quatuoꝛ·Primo virginalis mundicia·Mat·xxij·c·Angeli dei in celo neqz nubent neqz nubent̄ Secundo caritas ignita·ps̃· Qui facit angelos suos spũs· ꝛ ministros suos ignem vrẽtem· Tercõ velox obediẽtia ps̃·Angeli dei ministri ei9 qui facitis voluntatem ei9·Quarto sollicita custodia·ps̃·angel' suis de9 mandauit de te vt custodiãt te in omibus vijs tuis· Stupent angeli ꝛ admirant̄ in paulo hodie ꝺuerso has quatuoꝛ ꝓprietates·Primo ei9 virginalem mũdiciã· Fuit em̄ virgo sicut ipemet testat̄ de virginibus·j·Corinth·viij·c·dicens sic·Volo oms hoies esse sicut meipm·Criso·de laudibus Pauli dicit sic· Joseph pudicitie vtute decoꝛat9 ẽ·ꝛ ego vereoꝛ ne iam ridiculũ sit hic etiã paulũ laudare·qui semetipm crucifigẽs nõ solum hũanoꝝ coꝛpoꝝ pulchritudines·sed oĩa etiam que videnꝯ rebus clara ac decoꝛa cernebat· quẽadmodũ nos fauillã cineremqz cõspicim9 qui quasi moꝛtu9 ad moꝛtuũ immobilis pmanebat·hec ille·Secũdo ei9 caritatez ignitã Ignem em̄ caritatis nihil ī eo extinguere poterat sicut ipe ait· Ro· viij·capitu· Certus sum enim· ꝙ neqz moꝛs neqz vita· ꝛc̃· Poterit nos separe a caritate christi ꝛ Crisostomus dicit · Ut enim ferrum missum in ignem totum ignis efficitur · Sic paulus caritate succensus· Totus efficitur caritas· Tercio eius velocem obedientiam quam hodie demonstrauit cum dixit· Domine quid me vis

facere ex magna obediētia totū mundū predicādo circuiuit Criso. paul9 tanq̄ pēnat9 totū docēdo puolauit orbē. Quarto ei9 solicitā custodiā. Quidā em̄ āgeli custodiūt mūdū vniuersuz sicut dñatões Quidam puincias vt principat9. Quidā loca spālia vt archangeli. Quidā smgulares psonas vt angeli Paul9 aūt curā habuit de vniuerso mundo Criso. Null9 angel9 ita creditū sibi populū gubernauit vt paul9 vniuersum orbem Curā habuit de puincijs. Criso. Tanta Paul9 virtute pgressus est vt vix. xxx. ānoz spacō. z Romanos. z psas. z parthos. z medos. z indos. z sathas. z ethiopes. subiugo mitteret veritatis Curam habuit de spālibus locis ad que pticulares epistolas destinauit. Sicut de Roma corintho. galatia. epheso. 2c. Curā habuit de smgularib9 psonis. sicut de thimotheo. tito. philemone 2c. Jdeo angeli stupent in Paulo angelicam ei9 vitam.

Secundo stupent oms iusti qui audiūt be. Paulū iuste se gerentem. nā iusti hnt quatuor in se. que vehementer admirant in paulo hodie conuerso. Primo celestium cōtemplatōnem. Phil. iij. c. Nostra cōuersatō in celis est. Cōuersatō aūt dicit totā vitam hominis Sed eoz qui sunt in celo; est quadruplex diuersitas. Quidam em̄ sunt in celo tantum corde vt pigri z desidiosi scilicet qui bona proposita que hnt ope non implent. Quidā tm̄ ore vt predicatores verbosi. Quidā vero tm̄ ope exteriori vt Jpocrite z vanagloſi. Quidā autem omīb9 mōis sicut Paul9 qui habuit sancta desideria Phil. j. c. Cupio dissolui. z esse cum xpo habuit smceriſſima verba. ij. Corinth. ij. c. Ex smceritate sicut ex deo corā deo in xpo loquimur Hūit solicita opa. ij. thessal. ij. c. In labore z fatigatōe nocte z die laborā tes 2c. Secundo bonoz opum exercitatōnem. j. Corinth. xv. capi. abundantius omīb9 laborauī. Vere abūdanti9 q2 pl9 omīb9 pagrauit Ro. xv. c. Ab ierusalem vsqz ad illiricū p circuitā repleui euāgelium Vere abundanti9 q2 plures pre ommibus ad fidē cōuertit. sez innumerabilem pplm gentiliū Gal. ij. c. Qui opat9 est Petro ī apostolatū circumcisionis coopat9 est z mihi inter gentes. Vere abundanti9. q2 pl9 omībus manibus laborauit. Act. xx. ca. Ad ea que mihi op9 erāt z his qui mecū sunt mīnistrauerūt man9 iste oīa Criso. Nec vnū quidē diē in otio z quiete passus est trāsire. Vere abundantius. q2 ples epistolas scripsit. Tercō pfundā hūiliatōez quo ad quatuor. Quātum ad denoiatōz quā hūilem hūit. vocās se puulum Cū em̄ pri9 vocaret saul9 a saulo supbo. postea vocauit se paulum quasi puulum. j. Corinth. xv. c. Ego sum minim9 apostolorū. 2c. Quātū ad duersatōz quā humilē hūit. j. Thes. ij. c. Facti sum9 puuli i medio vrm. ecce quāta hūilitas tāq̄ si nutrix foueat filios suos. ecce quāta auctas qm̄ carissimi facti estis nobis. Ecce quāta amicabilitas

Quantam ad scientiam quam humilem habuit. j. Cor. ij. ca. Non iu dicaui me aliquid scire inter vos nisi iesum xpm & hunc crucifixum Quantū ad vitā quaz humilē habuit nō reputās se perfectū sz pec catorem. j. Thi. j. c. xpus iesus venit in hūc mundū peccatores saluos facere quoz prim9 ego sum. Et. j. Corinth. iiij. c. Nihil mihi conscius sum. sed nō in hoc iustificat9 sum. Quarto aduersoz perpessionem Cris. Paulus fuit saxo durior. ferro firmior. adamāte fortior. auro incorruptibilior. Fuit quidē saxo durior q2 nulli aduersitati cedebat Gal. ij. quibus nec ad horā cessimus 2c. Fuit ferro firmior q2 nulla ipsum tribulatō cōmouebat sed tanq̄ incus percussionib9 firmaba tur. ij. Corinth. xiij. c. Cū em infirmor tūc fortior sum & potens. Fuit adamāte fortior. q2 nulla ipm aduersitas frāgebat. ij. Corinth. xiij. c. Placeo mihi in infirmitatibus meis. in cōtumelijs in necessitatib9 in persecutōibus. in angustijs p xpo. Fuit auro incorruptibilior. q2 nec igne psecutōis crepabat Ecclesia. xj. c. igne pbat aurū & argen tum. Et sic patet 2c.

Tercio stupent omes penitentes qui audiunt Pau. uerse gradi entē Hodie nāqz Jesus xps magnū spectaculū dedit toti mūdo ex miraculosa conuersione b. Pau. apostoli sicut ipe dicit. ij. Corinth. iiij. c. Spectaculū facti sum9 mūdo & angelis & homībus Maior eī fuit grā cōuersionis pauli q̄ latronis dextri. licz vtraqz fuerit subi ta & miraculosa. qd ptz p. xij. signa que sunt ista. Primo rōe uer sionis latro em uersus est a xpo exīte ī hac vita mortali. quia dū moreret in cruce. Pau. vero conuersus est a xpo exīte iam glorifica= to in celis. vñ sanct9 Tho. iij. pte. q. lvij. art. vj. ad. iij. dicendū dicit sic. Xpus post suam ascensionem multis sanctis apparuit sicut legit de be. Pau. Act. ix. c. qm ei9 dignitati ñ derogat. si ex aliqua dispē= satōne xps qnqz corpaliter ad terram descendat vt oñdat se alicui specialiter sicut. Pau. Et ne aliquis hoc credat factū fuisse xpo ibi non corpaliter pnte. sed aliqualiter appente contrariū apparet p hoc quod ipe apostol9. j. Cor. xij. c. ad cōfirmandū resurrectōis fidem dicit. Nouissime autem oim tanq̄ abortiuo visus est & mihi. qd qui dem veritatē resurrectōis nō pbaret nisi ipm verū corp9 xpi visuz fuisset ab eo. hec Tho. Secūdo rōne acceptatōis Nā latro surszuz leuat9 in cruce ñ acceptauit penā sibi debitā p peccato suo. nec cre= didit xpm mori p salute humani generis Un ipm blasphemauit di cens Si fili9 dei es salua temetipm. Paul9 aūt ī terrā pstrat9 cre didit subito se puniri p peccato suo. Un acceptauit hāc penā agēs debitam penitentiā mētaliter p peccato suo. ps. qm grauata est sup me man9 tua conuersus sum in erumna mea dum cōfigit spina.

Tercō rōne illumiatōis. Nā sole obscurato visisqz miraculis que

fiebāt in morte xp̄i·latro illuminat⁹ est cum dixit·Nos quidem di=gna factis recipim⁹·hic aūt nihil mali fecit· Paul⁹ vero luce circū fult⁹ de celo·iuxta illud Act·ix·c·Subito circumfulsit eū lux de ce-lo pfecte illuminat⁹ est· q̄ ceciderunt ab oculis ei⁹ tanq̄ squame· Squame em̄ significant carnalia que inquināt affectū·t tpalia que obscurant intellectū·Ūñ·ij·Corinth·iij·dicit·De⁹ qui dixit de tene bris lucem splendescere illuxit cordibus vestris·Et·j·Thessal·j·cap· Nō sum⁹ noctis neq̄ tenebrarū· Quarto rōne auditōmis Nā la-tro audiuit xp̄m sitientem hominū salutem·cū dixit Sitio ·Paul⁹ audiuit xp̄m iam bibentē cum dixit Potestis bibere calicem quem ego bibitur⁹ suq̄·Latro audiuit xp̄m derelictū·Paul⁹ audiuit xp̄m iam sibi vnitū Latro audiuit vocē xp̄i deprecātis p peccatoq̄ cōuer siōe Paul⁹ audiuit vocē xp̄i cōmātis p sui psecutōe·cū dixit Du rū ē tibi otra stimulū calcitrare Quīto rōe cognitōis· Nā latro ī cruce cognouit xp̄m oīm redemptorē·ideo dixit Luce·xxiij·c·Memē to mei dñe dū veneris in regnū tuum·Paul⁹ vero in luce cognouit xp̄m non solum redemptorem sed vniuersalem. glorificatorem quo ad animam t corp⁹ in suo raptu·ij·Corim·xij·c·Scio hui⁹ hominem raptū vsq̄ in tercium celū t audiuit·2c̄· Sexto rōne obtentōmis· Nam latro petiuit indulgentiā peccatoq̄ suoq̄ dicēs· Memēto mei dñe·s· vt mihi miserearis·non tm̄ ignoscendo culpam preteritā qua iniuste vixi·sed etiā pñtez qua te blasphemaui t deriſi· Obtinuit au tem vemā cū xp̄s ei dixit·Amen dico tibi Hodie mecū eris in para diso·Paul⁹ petiuit pmptam obedientiā dicens· Dñe quid me vis facere ·t obtinuit q̄ñ sibi dictū fuit·Surge t ingredere ciuitatem 2c̄· Septimo rō ne pmissionis Nā latroni pmisit de⁹ merito sui sanguinis beatificā fruitōnem dicens Amen dico tibi hodie mecū eris in paradiso Paulo aūt pmisit ob meritum sue passionis patiē-tie imitatōnem cum dixit·Ego em̄ ostendā illi quanta oporteat euz p nomine meo pati·Act·ix·c·2c̄· Octauo rōne comitatōis·Nā la-tronem xp̄us duxit ad limbum· vbi fuit per tres dies· quibus ipse xp̄us iacuit in sepulchro·Paulū aūt rapuit vsq̄ in terciū celum per tres dies·vt ptz·ij·Corī·xij·c·t Act·ix·Qđ est spūale celū vbi āgeli t sancte anime fruunt dei contemplatōe·q̄ de⁹ oñdit ei vitā ī qua vidend⁹ est meternum vt dicit glo· Nono rōe speculatōis· Naz latro fuit speculū diuine miseratōis·vt nemo desperet de misericor dia dei·etiā si pseuerauerit peccare vsq̄ ad finem vite sue·vt habe tur de pen̄·dis·vij·c·Nemo·Paul⁹ aūt fuit speculū dilectōis t vas electōnis·Act·ix·c·Vade Anania qm̄ vas electōis mihi est iste·

Decimo ratōne correptōmis·Nam latro fuit correptor vn̄⁹ puta latronis consocij·Paul⁹ aūt importun⁹ fidei predicator· ideo dicit

portet nomen meū coꝝ gen. Undecimō rōne passiōis. Nā latro portauit crucem ꝓpriā. z stigmata ꝓpria q; fregerunt ei9 crura Johan. xix. c. Paul9 aūt crucem xp̄i Gal. vj. c. Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri iesu christi. Et stigmata ei9 Ego stig. domini iesu xp̄i in c. me. por. Duodecimo ratione glorificatōis. Nam latro meruit gloriam ꝑ martirij sui confessionem. que sibi fuit ꝑ baptismo. vt habet de cōse. dis. iiij. c. baptismi vicem. Paul9 aūt baptisat9 est baptismo spūssancti sicut ceteri apostoli nō tn̄ in specie ignis sed in specie lucis. Jtē baptismo lacrimose ꝓpunctōis Crisostom9. Juges lacrimarum fōtes nō diebus solū. sed etiam noctibus effundebat. Jtem baptismo aque. vñ dicit. Surgēs baptisat9 est. Jtē baptismo sanguinis. q; in suo sanguine baptisat9 fuit.

Quarto stupent oīs iudei. qui audiunt eum smagogam euertentem Nā ante cōuersionē emulabat smagogā quadrupliciter. Primo ipam nimis zelando. Gal. j. c. Ampli9 emulator exīs paternaꝝ mearum traditōnū. Secūdo ecclesiā xp̄i nimis impugnādo ibidē Supra modū psequebar ecclesiā dei z expugnabā illā Tercō nomen xp̄i nimis odiendo. Act. ix. c. Hic est qui impugnabat eos qui īuocabant nomen illud de his tribus simul. j. Thimo. j. dicit Prim9 fui blasphem9. psecutor z contumeliosus. Quarto in discipulos domini nimis seuiendo. s. per odiū in corde. vñ dicit Saul9 adhuc spirans. Per asperitatem in ore cum dicit minarum. Per penarū irrogatōnem in psonis cum dicit z cedis. in disci. domini. Per expoliatōnem in rebus Act. viij. c. Saul9 aūt deuastabat ecclesiam ꝑ domos intrans. Sed ab hac smagoge emulatōne cōuersus est hodie ad ip̄i9 euersionem. s. smagogā euacuādo. ecclesiam fundando. xp̄i nomen predicando. discipulos xp̄i ampliando atz confortando. Unde dicit Act. ix. c. Paul9 magis conualescebat z cōfundebat iudeos q̄ habitabant. Damasci affirmans qm̄ hic est xp̄s. ꝛc.

Quinto stupent oīs gentiles qui audiunt eū mūdana arguentē Nam in gentibus erant quatuor. s. Primo magna potentia regū z impatoꝝ Secūdo magna sapia philosophoꝝ z doctoꝝ. Tercio magna eloqnentia rethoꝝ z oratoꝝ. Quarto magna insolētia errorum z vitiorum. Cōtra ista Pau. assumpsit alia quatuor. Cōtra mundi potentiā assumpsit virtutem z cōstantiā Act. xxiij. ca. Apparuit aūt illi domin9 dicens. Cōstans esto paule Oportet te Rome testificari. Contra vanā sapientiā assumpsit veritatem euāgelicam. j. Corinth. ij. c. Nō em̄ me iudicaui aliquid scire inter vos nisi Jesum xp̄m z hunc crucifixum. Contra rethoruz eloquentiā assumpsit fructuosam facundiā ibidez Sermo me9 z predicatō mea nō est in psuasibilibus humane sapientie verbis Sed in ostensione spiritus

ꝛ veritatis. Contra errorum insolentiam assumpsit fidei prudentiaz Act. xvij. ca. Dixit atheniensibus. qđ ergo ignorantes colitis. hoc ego nuncio vobis Unde nec timor tirannoꝝ. nec subsanatio philosophoꝝ deridentium xp̄ianos colentes hominem crucifixuz potuerūt retrahere paulum a predicatōne fidei xp̄i. Act. ix. ca. Vas electōis mihi est iste. vt portet nomen meum coram gentibus ꝛ regibus ꝛ filijs israhel ꝛc.

Sexto peccatores stupent audientes eū puerse incedentez. vt ei dicit Luce. xv. c. Gaudium est angelis dei sup vno peccatore pementiam agente. Gaudium em̄ de conuersione peccatoris tāto ē maius quanto misericordia indulgens est maior que cognoscit ex magnitudine peccati Ro. c. vbi suphabundauit delictū suphabundare consueuit ꝛ gratia. Sed duo fuerunt maximi peccatores qui mirabiliter conuersi sunt. quorum vn9 altero graui9 peccauit scz latro in cruce ꝛ paulus in luce Sic tn̄ ꝙ peccatum pauli fuit grauius q̄ peccatum latronis. vt ptz per. xij. signa. Primo obiectiue. Nā peccatum qđ est cōtra substantiam hominis est graui9 q̄ peccatum qđ est contra res exteriores sicut furtum Etiā est graui9 peccatum qđ immediate contra deum cōmittit sicut infidelitas. blasphemia. ꝛc. Sed latro offendit hominem furando diuitias ei9. Paul9 auferendo vitam eius. q2 ille sitiebat hominum diuitias. iste sitiebat sanctorum sanguinem. Ille spoliabat domos rebus. iste viris ꝛ mulierib9 ipos durissime incarcerando. Secūdo repugnatiue. nam maiori virtuti opponit graui9 peccatum. sicut odium dei qđ opponit caritati dei. Sed latro peccauit cōtra caritatem p̄simi. q2 cōtra precepta secunde tabule Paul9 autem contra caritatem dei. q2 contra precepta prime tabule que ordinant hominem in deum. Tercio intensiue. nam quāto voluntas fuerit maior ad peccandū. tanto hō graui9 peccat. Sed de Paulo dicit Act. ix. ca. Ibat ergo saul9 furijs inuctus. dirumqz toto pectore virus efflabat. Per totam iud. fer. in san. vt xp̄i membra la. in terris Quarto terminatiue. naz in ordine quorumlibet peccatoꝝ vnum peccatum est graui9 altero ſm quod est circa aliquod principali9 vel min9 principale. Sed peccatum latronis fuit principaliter de alieno viuere. Peccatum aūt Pauli fuit hominiz salutē impedire. qđ est principali9 ab homine desideratuz Quinto inclinatiue. nam graui9 peccat cui9 voluntas ex intentōe peioris finis inclinat ad peccandum. sed latro inclinabat ad peccandum timore paupertatis. cupiditate diuitiarum. Paul9 aūt odio inuidia. cum alijs disputantibus cū stephano. Sexto iniuriatiue. nā cause que diminuūt iudicium rōnis. sicut ignorantia. vel que diminuunt liberum motum voluntatis. sicut infirmitas vel violētia. aut

met⁹ diminuunt peccatum. Sed peccatum latronis pcessit ex igno rantia. Pauli vero ex industria ⁊ malitia. quia accessit ad pñ. sac. ⁊ peti. ab eo epi. in dam. ad synagogas ⁊c. Septimo contemptiue nam vbi est maior concupiscentia est mai⁹ peccatuz Interdum em̄ insurgit maior concupiscentie mot⁹ ex hoc q̄ volūtas effrenate tē dit in suum obiectum. Sz latro contempsit homines mundanos mi nori ꝺcupiscētia. pau. aūt seruos xp̄i maiori ꝺcupiscētia. verbis ⁊ v̄ beri⁹ cruciando. Octauo extensiue. nam quanto peccatū ad plu rium offeensionem extendit. tanto est graui⁹. Sed latro blasphe mauit christum in conspectu paucoꝝ. Paul⁹ autem in multis ciuita tibus. Nono impugnatiue. nā quanto impugnat persona deo ma gis cōiuncta tanto grauatur illud peccatum. Unde impugnatio et offensa que fit persone virtuosiori ⁊ sanctiori est valde grauis. Sz latro impugnauit laicos auferendo temporalia. Paulus autem ser uos xp̄i tollendo spiritualia Decimo perturbatiue Latro em̄ pec cauit contra rempublicam terrenam perturbando. Paul⁹ cōtra ce lestem scandalizādo Undecimo offensiue Latro em̄ offēdit xp̄m p se ⁊ alijs cruentatum. Paul⁹ vltra hoc contra populum predesti natum. Duodecimo malignatiue Latro em̄ suam conuersionem accelerauit viso sole obscurato Paulus autem distulit viso celo ap to predicante stephano. ⁊ miracula faciente Amen.

In festo natiuitatis dom̄i Sermo.

Idim⁹ gloriam eius Johan. j. c. ⁊ i euangelio presen tis solennitatis Propheta dauid in ps̄. dicit sic. Anū ciauerunt celi iusticiam ei⁹ ⁊ viderūt om̄s populi glo riam ei⁹. Sup quo verbo moueo talem questionem Utrum credere misteriū diuine incarnatōis sit fun damentū humane saluatōis. Ad istam questionem rn̄dent tres do ctores noui testamenti. Prim⁹ est b. Augu. li. de correptōe ⁊ gra tia dicens sic. Illa fides sana est qua credim⁹ nullum hominez siue maioris siue parue etatis liberari a contagio mortis ⁊ obligatōne peccati nisi per vnum mediatorē dei ⁊ hominū Jesum xp̄m. Se cund⁹ est bea. Gre. sup Ezech. dicens sic. Et qui preibāt ⁊ qui seque bant clamabāt dicentes Osanna filio dauid bn̄. q. ve. in no. do. quia om̄es electi qui in iudea esse potuerunt. siue qui nunc i ecclesia sunt in mediatorem dei ⁊ hominū crediderunt ⁊ credūt Terci⁹ est. s. Tho. scōa secunde. q. ij. ar. vij. dicens sic. Illō ꝑtie ⁊ p se ptinet ad obiectū fidei. p qō hō beatitudinē consequit. Uia autez hominib⁹ veniendi ad beatitudinem est misterium incarnatōis ⁊ passiōis xp̄i

Dicitur em̃ Act.iiij.c. Non est aliud nomen datum hominibus i quo oporteat nos saluos fieri. & io̅ misteriu̅ icarnatōis xp̃i aliq̃liter oportuit omni tpe esse creditu̅ apud om̃s. hec ille. Tn̄ p maiori declaratōe ponit. s. Tho. ibidem quatuor cōclusiones. Prima cōclusio Angelꝰ añ confirmatōnem habuit fidem de futura beatitudīe ptz qr cognitō fidei est supra naturalem cognitōnem angeli de deo. Sz angeli sunt creati cū dono gratie. ideo necesse est dicere ꝙ p gr̄am acceptā & nondum consumatam fuerit in eis inchoatio quedam sperande beatitudinis Que quidem inchoat in voluntate p spem & caritatem. sed intellectu p fidem. quia vero in statu prime conditōis angeli nō erat obscuritas culpe vel pene. inerat tamen intellectui angeli quedam obscuritas naturalis. ꝟm qd̄ om̃is creatura tenebra est compata immensitati diuini lumis & talis obscuritas sufficit ad fidei rōnez. Añ angelos nō omīno latuit misteriu̅ regni dei. i. icarnatōis. sicut dicit Aug. v. sup Gen̄. ad lr̄am Quasdam tn̄ rōnes hui⁹ misterij perfecti⁹ cognouerunt xp̃o reuelante. hec Tho. Scōa cōclusio. Ante statum peccati hō habuit explicitā fidem de xp̃i incarnatōne ꝟm quod ordinabat ad consumationem glorie. non autem secundum quod ordinabatur ad liberatōnem a peccato p passionem & resurrectōnem. Patet qr non fuit prescius peccati futuri Videt autem incarnatōis christi prescius fuisse p hoc qd̄ dixit ꝓpter hoc relinquet homo patrem & matrem & adherebit vxori sue. vt habet Gen̄.ij. Et hoc apostol⁹ ad Eph. v. dicit sacramentu̅ magnum esse i xp̃o & ecclesia. Quod quidem sacramentu̅ nō est credibile primū hominem ignorasse Licet aūt in statu prime cōditōis non fuerit auditus ab homine exteri⁹ loquēte. fuit tn̄ a deo interi⁹ inspirante sicut & ꝓphete audiebant ꝟm illud ps̄. Audiam quid loquat in me dominꝰ deꝰ. Tercia conclusio Post peccatu̅ fuit explicite creditum misterium xp̃i non solum quātum ad incarnatōnez. sed etiā quantū ad passionem & resurrectōnem quib⁹ humanū gen⁹ a peccato & morte liberat. Ptz quia aliter non prefigurassent xp̃i passionem quibusdā sacrificijs & ante legem & sub lege quoz quidem sacrificioz signficatum explicite maiores cognoscebant. minores aūt sub velamine illoz sacrificioz credētes ea diuinit⁹ esse disposita de xp̃o venturo. quodammodo habebant velatam fidem & tāto difficili⁹ cognouerunt quanto xp̃o ꝓpinquiores fuerūt. Quarta cōclusio. Post tp̄us gratie reuelate. tam maioris ꝙ minoris tenent habere fidem explicitam de misterijs xp̃i. Ptz quia precipue tenent quantū ad ea que communiter in ecclesia solennizant & publice ꝓponuntur sicut sunt articuli fidei. Alias aūt subtiles cōsideratōnes circa articulos tenētur aliqui magis vel minꝰ explicite credere ꝟm qd̄ conuenit statui &

officio vniuersiq3· Uñ credere explicite misteriū xp̄i omm̄ tēpore ⁊ quo ad oēs necessariū fuit·hec Tho·eo·arti·Quia vero hij oēs hanc fidem cognouerunt esse adimpletam· ideo dicunt vidim9 gloriam eius·

Uidimus gloriam eius·

Nos angeli· Nos patriarche·
Nos p̄phete· Nos iudei·
Nos apostoli· Nos gentiles·
Nos xp̄iani·

